

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

[Vol. XXXIII.]

GEORGIUS CEDRENIUS.

TOMUS PRIOR.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBBERI

MDCCCXXXVIII.

GEORGIUS CEDRENUS

Scylitzes, or Sclitza, surnamed European.
IOANNIS SCYLITZAE OPE

AB

August IMMANUELE BEKKERO

SUPPLETUS ET EMENDATUS.

T O M U S P R I O R.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVIII.

EMINENTISSIMO PRINCIPI
IULIO MAZARINO,

S. R. E. CARDINALI.

Scite Graecus auctor ait, Eminentissime Cardinalis, deorum templis donaria dicanda esse, viris autem illustribus ingenii monumenta nuncupanda. quemadmodum enim muneribus haece religionem nostram erga deum, ita et hoc animum foetu cultum ac observantiam nostram erga viros summae dignitatis vel doctrinae praecipuae testatur. inter deum autem et homines longe interest, quod deus, velut omnium conditor et dominus, rebus quarum precarii possessores summas non egeat, illustrium autem virorum gesta penitus intercident, nisi sit qui ea literis mandet et posteris tradat. sed et quemadmodum humili cuique ad deorum templa accedere et ibi vota sua nuncupare fas est, ita nec illustres animas ea quae tenuiores homines eis dicant aspernari videmus. altae scilicet mentis homines securi sunt magnitudinis suae, adeo ut deum referre quodam genere videantur, haec cum ipse mecum reputarem, ausus sum, Eminentissime Cardinalis, religiose Te adire et librum opera mea perpolitam licentiore forte haec epistola Tibi inscribere, quo devotionem erga Te meam publice testarer, scirentque omnes ad venerationem Tui etiam eos

qui longinque agunt libros Tibi dedicare, ut ex sacro et immortalis nomine Tuo famam et gloriam sibi quaerant ac immortalitate donentur. hoc tamen vereor, ne Te in excelsis humanarum rerum fastigio positum et nunquam vacuum ego unus e turba audacius incondito ac rudi sermone interpellem, Teque morer, cuius amplissimis cogitationibus ac consiliis imperium Gallicum gubernatur, cum potius occupationibus Tuis bono publico parcendum esset. sed magnae quoque animae literariae haec avocamenta non recusant. heic autem admirari subit quam sagaci consilio optimus maximusque princeps, cum excederet vel potius interciperetur et in caelum rediret, Tibi, Cardinalis Eminentissime, pene dixerim, cuncta regendi onus imposuerit, cum iuvenilis successoris animus nondum par esset imperio. sic Atlas cum caeli oneri se subduceret, Herculem submisisse fertur velut tantae molis capacem: at qualem virum? maiorem humana natura, deo proximam, denique Iovis, non Amphitryonis filium. certe non alius quam natus deo caelum deorum sedem ferre poterat, sicut nec alius quam divinae mentis homo onus imperii Gallici sustinere. Tu, inquam, Eminentissime Cardinalis, vocatu regis prudentissimi ad regni arcana tractanda non sine numine admissus es; id quod ex rebus ipsis feliciter et ex voto fluentibus notius est quam ut quisquam praeter malignos infitietur. quando enim terrarum ille praedo, quando orbis universi candidatus certius intellexit se rerum solum potiri non posse, seque aliena regna irrita spe invadere? quando feliciter secum actum putavit si fines suos non propagaret sed tueretur, nisi ex quo principem nostram invidiosissimam animam reliquit? quid singula commemorem? prostrato primum stupenda felicitate exercitu validissimo, tum munitissimis oppidis qua locorum natura qua milite non ignavo, eum interim inclinatas acies et labantes, tum milites suos velut attonitos et pavore defixos cerneret, intremuit Flandria. animos semperant Gallici hostes nominis, quoniam in contrarium cecidisse videbantur Gallorum impetus semper hostibus metuendi, quod scilicet externa vis contra fas piisque eis adfuisset velut deus e machina, quodque eos obsidio liberatos viderent qui iam ingloriam deditionem parabant: sed statim Galli ingenii ad pugnam avidi vicinas urbes animosius aggressi sunt; quibus captis extimuit Italia non secus ac quondam populus gentium victor Gallis instantibus saepius expavit. in Hispania bello quidem ancipiti pugnatum est: sed ducis fortissimi nomen Hispano militi vincendo iamdiu fatale est.

Germania bello diuturno vexata, agrorum populationibus, urbium vastationibus concussa, imperatorem miseris dudum imperare coepisse non diffidetur. haec latius exsequenter horum temporum disertum, ego stylo remissiore attingi tantum, et quod longum esset ea prosequi, et quod verebar ne fastidium nasceretur ex plurimis. caelum igitur ambitione affectent exteri (quanquam expilationibus caelum non petitur, sed religione et pietate, quae reges Christianissimos astris inserunt), aliena regna avido animo pervadant: quamdiu stabit Gallia validissima terrarum pars (quam pereundi legibus aliis quam quae orbi terrarum impositae sunt, fatorum vis aeterna vel potius deus fatorum arbiter et dispensator exemit) coepta eis nunquam ex voto succedent. cum autem serenissimus princeps noster spes totius generis humani adolescit, cum animi eius vis augetur, Tibi, Cardinalis Eminentissime, summa rerum permissa est, cuius fides in rebus difficillimis spectata, cuius devotio erga principem omne vincit exemplum. nemo in posterum Te rerum moderatore tam securus potentiae erit ut Gallos pene inter ferrum et arma natos provocare vel offendere audeat, quos intelliget nullius armis esse superabiles. nemo Galliae socios aut foederatos lacesset; nemo amicos laedet, qui hoc Galliae debent, ut qui summa cum iniuria et bonorum omnium indignatione fortunis suis exuti velut nudi exsulabant, plenissime restituti sint: tanta est cum sacri nominis Tui veneratio, tum imperii Gallici felicitas semper invicta. verum quo impellor ego fandi impotens? non enim multum interesse puto sive quis famam alicuius laedat, sive infra dignitatem eum laudet. non possum tamen heic citra crimen ingrati praeterire quod omnium commendatione dignissimum est: bibliothecam scilicet multis librorum milibus constantem instituisti, quam eruditis omnibus patere vis. in qua quidquid Gallia bonarum artium feracissima, quidquid Italia vel Germania eruditum protulit, invenire in facili est. omitto praeclara illa marmora, principum et virorum qui literis claruerunt statuas, quas cum videas et ingenii monumenta legas, putes non muta marmora sed animata, et eorum non interiisse corpora, sed cum animorum foetu de perennitate certare. quo quidem egregio facto literatiores quosque Tibi obnoxios fecisti, et non minus in ore hominum agis quam propter alias acerrimae mentis doctes; ex quibus boni omnes intelligunt tanto Te caeteris mortalibus superiorem esse, quanto fortuna Tua excelsior et praestantior est.

vive igitur, Eminentissime Cardinalis, Galliae felicitati, quae Te sospite calmen apiscetur et diurnabit. vive rei Gallicae rector et propagator; cuius vigilantiae hoc debetur, ut Galli pacem acquisitis conditionibus sperare debeant, aut exteri bellum interaerianum timere. vive diu Galliae felix tutela salusque.

Eminentiae Tuae

devotissimus

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI.

De scriptoribus historiae Byzantinae publicandis spem fecimus edito Ioanne Cantacuzeno. ecce fidem praestamus felicioribus auspiciis annexi, in sua nempe illustrissimi Franciae cancellarii Petri Seguierii, qui ut opus hoc egregium ederetur suae curae fecit. quid autem huic Cedreni editioni accesserit, lector, monendus es. plures eaeque ingentes lacunae erant in editione priore, quae Cedrenum deformabant. aliae minores plures paginas occupaverant. eas omnes ex aliis scriptoribus calamo exaratis supplevimus, multa correximus ex Ioanne Scylitze Caropalate, qui Cedrenum *αὐτολεξεῖ* descripserat, unde mirari subit quanta securitate saeculi sui Caropalates alienum opus sibi vindicavit. itaque si quis Caropalatem desideret, sciat eum Cedreni simiam esse: nam totidem verbis Caropalates constat. qui tamen non per omnia nobis inutilis fuit, sed supplendo, ut dixi, et emendando Cedreno multum profuit.*) quoniam autem toto pene Cedreno exscripto Caropalates excipit ubi Cedrenus desinit, ideo non ingratum fore duxi si cum Cedreno ederetur. Ioannes Baptista Gabius interpres eius multis in locis ab auctoris sententia aberraverat. ei quantum fieri potuit consultum est interpolata eius versione. Xylandri quoque versionem interdum emendavimus; nec tamen veterem loco suo deturbavimus, sed nostram ad oram libri reiecimus. praeterea fatetur interpres ingenuè se in quibusdam haerere. nos sine ulla insectatione sententiam nostram proposuimus, et notas quasdam

*) idem quo nostrae editioni plus etiam prodesset, codicem omnium praestantissimum, Coislinianum, ad alteram certe partem et historicam magis notatam accurate collatum a Wladimiro Bruneto impetravimus. *I. B.*

addidimus ei firmandae. denique Glossarium adiecimus, quo voces mixobarbarae, quibus Cedrenus utitur, explicantur, dignitates ecclesiasticae palatinae et militares exponuntur. quo in concinnando usus non sum opera Meursii, quem plerique alii qui rapto vivunt solent exscribere, sed vel auctores nondum editos vel alios omnino auctores ad testimonium cito. *) accedunt etiam R. P. Jacobi Goar variae in Cedrenum animadversiones eruditissimae, quae non modicam Cedreno lucem adferent. postremo numerosa operarum menda sustulimus, quo tam auctior editio quam emendatio opera nostra prodiret. Cedreno igitur fruere, quem antea, pene dixerim, auro contra veniisse non ignoras. Cedrenum sequetur Theophanes multorum votis expetitus, quem ex regis Christianissimi bibliotheca in lucem edemus, una cum Anastasi Bibliothecarii historia Ecclesiastica hactenus inedita, quae beneficio Cardinalis Eminentissimi Francisci Barberini ad nos pervenit. sequentur et alii ex variis bibliothecis eruti, quos non interire quantum reipublicae literariae intersit hi tantum intelligunt qui literas tractant vel fovent. vale.

*) Non possumus citra crimen ingrati praeterire auctores graeco-barbaros, quibus usi sumus in hoc glossario, nobis utendos datos ex bibliotheca viri clarissimi et eruditissimi Jacobi Mentelli medici Parisiensis. *Fabrotus in calce Nicetae.*

**GUILIELMI XYLANDRI
AUGUSTANI
IN GEORGII CEDRENI ANNALES SUOS**

PRAEFATIO

AD MAGNIFICOS ET GENEROSOS DOMINOS

D. MARCUM ET D. IOANNEM FUGGEROS, ANTONII FF.

FRATRES GERMANOS, KIRCHBERGI ET WEISSENHORNII

DOMINOS ET C.,

OPTIMARUM LITERARUM ALUMNOS GRATISSIMOS.

Georgii Cedreni Annales, qui auspiciis ac impensis vestris, Viri amplissimi, a me non sine magnis aerumnis in Latinam linguam conversi in publicum hodie exeunt, pro more dedicaturus diu multumque cogitavi quam de re potissimum apud vos dissererem. sive enim historiae utilitates explicandae essent, quo hic liber prodiret commendatior atque gratior, iampridem id propositum ita copiose ornateque noram a summis viris tractatum, ut citra arrogantiae crimen non possem conari ista vel amplificare vel etiam inculcare. sive in vestris laudibus praedicandis occupanda oratio, ad quas profecto illustrandas augendasque haec Cedreni versio editioque conducere debet, quid iis ornamentis poterat mea conferre infantia? aut quotusquisque, ut nunc sunt mores hominum, non potius assentando me munus captare quam grati animi significationem raris virtutum exemplis demonstrandis commendandisque edere erat indicaturus? itaque horum ego utrunque prudens sciensque omisi, praesertim cum re-

cordarer de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. sed et alienum aliquid personis vestris aut praesente instituto, qualia ad animum accidebant multa atque varia, in medium afferre intempestivum videbatur atque insolens: neque enim laudari sentiebam eum qui delphinum silvis appinxit, fluctibus aprum. itaque in praesentia satis habui pauca de ipso hoc historico opere et mea quam vobis ac republicae in eo conficiendo navavi opera dicere; itaque lectore non inutiliter, ut quidem ego puto, de quibusdam praemonito, dedicationis munere defungi.

Iam primum, quis fuerit Cedrenus, certo deprehendere nullo indicio potui, cum de se ipso nihil, hoc quidem in opere, memoriae prodiderit, neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. eo tamen inclinatus animus ut sacerdotem fuisse suspicer aut etiam monachum; tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. meae coniecturae ansam praebent cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione et caeremoniis habet disputationes. de quibus non impedio quin quisque suo captu et sensu iudicet: quid ego iudicem, satis credo esse bonis notum; neque est cur mentem sententiam ulla idonea causa. quando vixerit, nihilo magis constat quam qua conditione vixerit; nisi quod probabile est rerum potito Isacio Comneno (qui inivit imperium eodem fere quo Henricus IV anno, qui fuit a nato Christo 59 supra millesimum) eum scripsisse suos Annales: hi enim in istum desinant. is qui codicem vestrum scripsit librarius, Isacii Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. fuit hic Isacius Friderici Ahenobarbi imperatoris Germani aequalis, et cecepit Cpolitatum regnum circa annum 1185, ut centum fere annis codex iste auctore suo recentior fuisse videatur. non dissimulavit librarius aliquoties se in exemplari, quod descripserat, aliquot paginarum defectum sensisse. sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore composita quomodo ad nos scribae istius opera pervenerunt, dubitari haud iniuria potest: non enim mendosa modo quaedam, sed plura etiam his mutilata vel comperi vel suspicatus sum, quod aliquoties in annotationibus ostendi. porro autem facile crediderim lectores in bonis scriptoribus versatos et iudicio aliquantum quam vulgus acriori praeditos, ubi lectionem huius operis instituerint, molestiae principio aliquid aut etiam nauseae contracturos. pollicitus enim auctor ab initio mundi usque ad sua tempora historias se compendio recitaturum, ubi ad rem ventum est, neque optimo

ordine ea proponit quae in sacris literis et Flavii Iosephi antiquitatis Iudaicae descriptione atque alibi copiose describuntur; et inserit multa nescio quam relatu aut creditu digna; et interpolatis narrationibus saepe, saepe mutilatis, aliquando idem non sine taedio et odio inculcat. in summis mundi imperiis et eorum successione ac mutationibus exponendis ieiunus plane est. res Romanas ita attingit ut videatur earum fuisse admodum ignarus. et in ipsis imperatoribus ordine recensendis eorumque in summa exponendis rebus gestis fere ad Constantinum usque Magnum nihil praeclari aut etiam operae pretii est consecutus, ut subverear ne quis ista legens exclamet "quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu?" digressiones quoque in disputationes de vita monastica, contra Iudaeos, et alia id genus, talia sunt quae Annalibus parum omnino conveniant et non possint a quovis ventriculo concoqui. quae ego a me dicta ita velim accipi ut ab eo qui non vitaperet sed excuset Cedrenum, scriptorem qualem ea tempora et fortassis etiam vitae institutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum *εὐήθη*. certe si quid ab eo peccatum est, non magno rerum dispendio peccatum est, cum abunde librorum sit ex quibus historiarum ab ipso praeteritarum aut minus commode tractatarum cognitio repoti possit. hoc autem vere possum affirmare, plurima esse in Cedreni hoc opere, quae cum alibi non inveniantur, maximam ei apud omnes veritatis et historiae amatores conciliare possint debeantque gratiam. in Iustiniano praesertim magno, in Heraclio et aliis deinceps Cpolitans imperatoribus multo est quam ipse Zonaras fuerit diligentius ac copiosius versatus describendis, annis etiam singulis res gestas dividens. nam quae ante novae Romae ortum habet, ea videtur utcumque ex variis libris non magna cura ac iudicio perexiguo consarcinasse; in Cpolis autem rebus et exercitior fuit, ut apparet, et maiore est usus industria; et si quid ego iudico, hoc illi *ἔργον* fuit, cetera *πάρεργα*. qui cum cum Zonara conferent, iis deprehendere erit proclive vere me ista dicere. nam omisit Zonaras multa quae noster habet, scitu perquam digna, et quibus omissis historiam mutilari obscurarique fuit necesse. multa ille breviter admodum indicavit, quae sunt a nostro circumstantiis omnibus explicatis illustrata. neque ego primus hoc deprehendi: sed Wolfus noster, quem honoris causa nomino, vir harum rerum (quod, quibus ignotas ipse est; lucubrations eius evidentissime demonstrant) longo peritissimus, aliquanto ante codici vestro schedam

praefixerat qua argumentum eius in haec verba exprimitur "tractat idem argumentum quod Zonaras, sed multa habet a Zonara de industria praetermissa, brevitatis, ut opinor, studio, sed certo non praetermittenda. quodsi mihi optio data fuisset ab initio, hunc Zonarae praetulissem. nunc cum Zonaras denno edendus erit, consultum fore videbitur ut hoc totum opus pellegatur, et quidquid memorabile visum fuerit, Zonarae suis locis certa nota apposita inserendum." haec Wolfius; qui haud dubie, cum hoc ferret de Cedreno iudicium, ad ea respexit praecipue quae aliunde quam ex eo aut Zonara repeti commode non possunt. nam duo priores Zonarae tomi longe alioqui sunt meliores ac laude digniores quam ea quae ad Constantinum usque Magnum noster collegit. et tamen in hisce ipsis sunt nonnulla quae cognitu digna atque utilia tamen neque apud Zonaram occurrant neque alibi sint adeo obvia. enimvero id affirmare ausim, ex hoc nostro scriptore ab homine industrio multa posse desumi quibus Zonarae Procopii Diaconi aliorumque id genus scriptorum, recentiorum quoque, ut Cuspiniani Egnatii Panvini, imperatores et historiae partim corrigi partim illustrari ac poliri possint. quae utilitas vel sola eius editionem apprime apud aequos lectores gratiosam facere debet. neque nunc proponam exempla: tametsi enim rei gustum aliquem annotationes nostrae praebebunt, tamen malo haec solerti lectori observanda relinquere quam iis commemorandis me iactare. addatur et hoc: cum eorum quae sunt circa Byzantium et in ipsa urbe locorum, tum aliarum multarum urbium fluminum montiumque notitiam permultis huius scriptoris locis posse explicari atque illustrari; ut magno rerum geographicarum incremento et antiquitatis recolendae adiumento diligentibus sit futurus.

Verum de Cedreno satis, aut fortasse nimium: legatur, ipse se probabit, et ostendet vendibili vino non opus esse hedera. venio nunc ad meam operam, non profecto ut eam vel iactem vel etiam ἀκρίτως extenuem, quorum neutrum ego ingenui hominis arbitror; neque etiam ut qui vestris et aliorum bonorum (ceteros enim nihil moror) iudiciis diffidam, ideoque causam mihi dicendam putaverim: sed quod, cum ipse in hoc opere falsus alicubi sim, nolim alios quoque errare. primo omnium ne conatus quidem sum id consequi, ut Zonarae Nicetae ac Gregorae facundiam Latinam parem Cedreno conciliarer. nam probe mihi meae conscius tennitatis, nemine etiam monente habebam exploratum me moliri hoc non debere quod ele-

gans pastor merito odisee ait, ἴσον ἄραυς κορυφῆ ταλίσαι δόμεν ἀραμίδουτος. et quidem Graecae linguae usu Cedrenum iis quos nominavi multo inferiorem esse, multoque minus in suo foro disertum, non difficulter iudicabant lectores; quo minus habet etiam quod conqueratur, si Latine purius ii nitidiusque ipso loquuntur. ac nescio quomodo mihi accidit ut interdum invitatus, magis tamen solito, balbutirem ipse etiam, dum praecedentis verba subsequor et exprimere conor. sed hoc quidquid est mali, aequanimitas lectorum vel dissimulabit vel corriget.

Postquam vos, Maecenatis nomine dignissimi heroes, ultro pro vestra benignitate de me honeste sentientes, impulsore maxime D. Ludovico Carino, sene longe doctissimo veroque officiosae in cultores bonarum artium humanitatis exemplo, vobisque non absque gravissimis causis et meritis carissimo et acceptissimo, de me autem iamdiu ita merito ut gratiarum actionem (quas enim possim pro tot beneficiis haec mea conditione referre?) hic locus dignam non capiat, memoriam autem ab eo in me profectarum commoditatum me vivo nihil sit obliteraturum; suadentibus idem cum aliis primariis viris tum ipso etiam Wolfio, qui (nihil iam de ipsius laudibus dicam, cum praedicationem meam excedant, neque hoc sibi reponi muneris pro suis meritis ipse cupiat) abundantia quadam amoris semper me prosecutus quasi lampadem hanc in decursione vertendae Graecae historiae recte se traditurum mihi existimavit; postquam ergo Cedreni convertendi provinciam mihi credidistis (id quod mihi fuit, ut debuit, gratissimum), equidem in hoc incubui ut expectationi vestrae meisque promissis mature et fideliter satisfacerem. omnia expeditu facilia fore animo praeeperam, fortasse non nimis arroganter, ut qui non nunc primum hoc genus rei tractandum susciperem. sed in progressu tamen id expertus sum quod Alcaeus olim eleganter cecinit:

delata in altum cum semel est mare,
quocumque tempestas vocabit,
ut tibi navis eat necesse est.

multa spem meam fefellerant. incidi in loca vel obscura vel mutila saepe; ubi cum non nisi unus codex mihi esset aut alibi eadem aut similia perscripta in promptu non haberem, oportuit me haerere. conjecturas scio aliquid posse, sed eas neque satis tutae aliquando sunt, et non raro quod conicerem aut quo

me referrem non succurrebat. ne tamen vel auctori vel lectori mea ignoratio fraudi esset, ubi visum est rem habere aliquid momenti, annotationibus meis pro virili rem exposui aut saltem aliis enodandam proposui. maxime barbarica me vexaverunt vocabula, quorum magnam copiam lector inveniet, partim hybridarum ac *μξοβαρβάρων* aut (si ita velit aliquis) *μξελλήνων*, partim prorsus et apud Latinos et apud Graecos peregrinorum. quorum alia rerum sunt, ut scaramangium, taldam, cumparia, barducium, laesa, et alia plura; alia officiorum appellationes, ut barangi, protovestiarius, logotheta dromi, canicium, protospatharius, drungarius, ameras. reperiet etiam multa Latina Graeco habitu velata, *κινστέρων*, *σκάμνον*, *λεγάτα*, silentium, asecretia, scalam, *κοῦρσον*, sexcenta alia. in quibus animadvertendis et vertendis quam fuerim felix, nescio: fui certe moleste occupatus. quod ad annotationes meas attinet, poteram eas extendere et amplificare indicatione et comparatione eorum quae apud alios scriptores iisdem de rebus habentur; quod ignavo fortassis aut librorum copia destituto lectori fuisset non ingratum. verum ego brevitati studui; et cum postremo eas relegerem, permulta amputavi quae alio loco commodius me persecutorum videbam, cum hic vel brevius quam ut satis intelligerentur indicare ea oporteret, vel commentando extra fines annotandi progredi. has autem ipsas annotationes lectori magnum momentum allaturas ad intelligendum Cedrenum, aut saltem quaedam diligentius scrutandum, confido. mihi quidem incredibili labore constitierunt. ponetur in lucro a gratis, si ad alios quoque intelligendos scriptores inde aliquid poterunt petere adiumenti; quod ego spero fore. numeri eorum numeris margini Cedreniano appositis respondent; nisi quod saepe plura unico sumus complexi loca. ad finem tabulas chronologicas *) adieci, iam pridem eas a me compositas, et cum ad alia tum ad *συνγρονισμοῦς* prompte inveniendos ac intervalla temporum supputanda utiles. in his fere sum Funckium secutus, quanquam ipse quoque de quibusdam quod moneam et disputem videor mihi habere; quod ipsum quale sit, alio loco, si deus volet, proferetur. Graecus codex editur diligentissime et summa


*) haec chronologia quia virorum doctorum iudicio non satis accurata est, in hac editione praetermissa est. FABR.

fide ac labore non exiguo descriptus, collatasque cum vestro exemplo. ex eo poterit emendatio eorum sumi in quibus est a me peccatum. ut enim nusquam me hallucinatum profitear, non facile mihi quisquam persuaserit. confido tamen aequos peritosque rerum et aerummarum quae in huiusmodi operibus sunt ex-
anclandae lectores non ita multa desideraturos, ut non sint mihi pro laboribus hisce gratiam habituri. Vobis autem, Viri amplissimi, vobis acceptum ferre debent, quam hoc opere legende utilitatem delectationemque capient: vobis, inquam, non mihi. tametsi enim studio rei publicae literariae iuvandae atque locupletandae tenear vel maximo, paucisque (quod velim nemo dictam arrogantius putet) voluntate bene merendi de patria cedo, aut fortasse nemini, tamen ea est rerum mearum tenuitas, ut nisi aliis locata mea opera, qui fortunarum mearum habeant ac laborum et suae liberalitatis rationem, scribendi facultatem habeam nullam. et quamvis multo est quam imperiti credere possint aerumnosius, ista, qualia nos fere edidimus adhuc, conscribere; ut non domino tantum fundi maximam, sed et colono aliquam gratiam debere videri possint qui frugibus vescuntur; ego interim quod ab aliis exigam non habeo, cui dubium non sit quin meos in hoc opere labores pro vestra liberalitate atque munificentia ita sitis compensaturi, ut insigni vobis obstrictus beneficio perpetuas sim debiturus atque habiturus gratias. atque ego sane neque volo neque debeo etiam diffiteri, hanc mihi potissimam fuisse meae vobis operae offerendae atque navandae causam, ut consecrato quod volui, nemo alius porro sit appellandus. at vestrae magnificentiae quis, nisi animi prorsus obnoxii, negaverit plurimum a re publica literaria et omnibus in ea ingenue versantibus deberi? nam me quidem, ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem. quod ipsum tamen adhuc ita temperavi, et in posterum quoque rebus meis sic poscentibus ita instituam, ut non minora ad bonarum literarum studiosos quam ad me meis e laboribus redeant emolumenta. Vos autem quid, praeter publicae utilitatis rationes et voluntatem de me quoque privatim bene merendi, ad hoc Cedreni dandum munus adduxerit, ne cogitari quidem potest; nisi si quis ita est in Europa hospes et famae ignarus, ut vos et avitae et vestris meritis partae gloriae inopes suspicetur voluisse huius liberalitatis opportu-

mitate nomini vestro laudem decusque conciliare. enimvero quod vestro sumptu in lucem e tenobris eruendis ac publicandis hocque pacto ab interitu vindicandis bonis libris et magnificentiam vestram patriae demonstratis et rem publicam augetis atque exornatis, non id gloriae, qua abundatis, quaerendae studio, sed laudatissimi pie inelytaeque memoriae herois Antonii Fuggeri, patris vestri, legitima quadam et hereditaria successione atque imitatione facitis; neque committendum vobis putatis ut cum aliis in rebus eum patriae repraesentetis, hoc unico in tam laudabili instituto ab eo vos degenerasse opinari quisquam possit. Valete, Viri amplissimi ac veri Maecenates; nosque in vestrorum clientum numerum semel receptos fovete, sedulo curaturos ne quid vobis in nos collatorum beneficiorum pereat. Heidelbergae Nonis Iannarii, anno a natali Christi 1566.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.



ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ
ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΙΣΑΑΚΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ,
ΣΤΑΛΛΕΓΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΚΤΡΟΥ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΛΑΡΗΝΟΥ
ΕΚ ΔΙΑΦΕΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ. *)

Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ φιλοστόρων τὴν Ρ Ι ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαντο· ὃ τε γὰρ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμον εἰς Μαξιμιανὸν καὶ Μαξιμίνον τοὺς τυράννους κατέληξε, καὶ ὁ ὁμολογη-

*) Cod. Coisl. 136 ap. Montfaucon. Bibl. Coisl. p. 207—8: *Σύνοψις ἱστοριῶν συγγραφείσα παρὰ Ἰωάννου κουροκαλάτου καὶ μεγάλου θρονογαρίου τῆς βίβλου τοῦ Συλλέτη. Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἀρίστα μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπραγματεύσαντο πρῶτον μὲν*

COMPENDIUM HISTORiarUM,
A MUNDO CONDITO USQUE AD ISAACIUM
COMNENUM IMPERATOREM
A DN. GEORGIO CEDRENO EX DIVERSIS
LIBRIS COLLECTUM,
GUILIELMO XYLANDRO AUGUSTANO
INTERPRETE.

Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historias contrahere aggressi sunt. nam et Georgius monachus idemque syncellus, ab initio mundi orsus, usque ad Maximianum et Maximinum tyranos rem perduxit; et quo is loco desiit,

τῆς Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέλος ἀρχὴν ποιησάμενος οικεῖαν ἄχρι τοῦ τέλους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικοῦ κατήγησε. μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ἄλλοι ἐπεχείρησαν, οἷον ὁ Σικελιώτης καὶ ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς καὶ ἕτεροι σὺν τούτοις. ἀλλὰ τῆς ἀκριβείας ἀποπεπτώκυσιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδά-
 P 2 ξαντες τίς μετὰ τίνα γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλεον οὐδέν. ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγῶν, καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι, Νικηφόρος τε διάκονος ὁ Φρούξ, Λέων ὁ Καρίας, Θεόδωρος ὁ Σίδης, καὶ ὁ τούτου ὁμώνυμος Σεβαστείας, καὶ ὁ Κυζίκου Δημήτριος, καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης, οικεῖαν ἕκαστος 10

ὁ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκалλος χρηματίσας Ταρασίον τοῦ ἀγιοτάτου πατριάρχου, μετ' ἐκείνου δὲ ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης καὶ τοῦ Ἁγροῦ ἡγουμένος, ἐκιστατικώτερον τὰς ιστορικὰς ἐπιδημόντες βίβλους καὶ συνοψίσαντες λόγῳ μὲν ἀφελεῖ καὶ ἀπεριεργῶ, μόνον οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πεπραγμένων. ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος ἀπὸ καταβολῆς ἀρχαίμενος κόσμον ἐς τοὺς τυράννους κατέληξε, Μαξιμιανόν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμίον (Μαξέντιον Montfaucon). ὁ δὲ Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέλος οικεῖαν ἀρχὴν ποιησάμενος καὶ τὴν ἐπίλοιπον συντεμῶν χρονολογίαν καὶ εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν κατανήτας ἔστη τοῦ δρόμου. μετὰ δὲ τούτου οὐδεὶς ἄλλος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν τῷ τοιοῦτῳ σπουδάσματι. ἐπεχείρησαν μὲν γὰρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἄπατος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμος ὁ Ψελλός, καὶ πρὸς τοῦτοις ἕτεροι· ἀλλὰ ἀρέσθηον ἀφάμενοι τοῦ ἔργου τῆς τε ἀκριβείας ἐκπεπτώκυσιν, τὰ πλείεστα τῶν καιριωτέρων παρέντες, καὶ ἀνόητοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα τῶν σιγήτων γεγονέν ἐγκρατής, καὶ πλεον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχαμένως συγγραψάμενοι ἐβλάψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ἀφέλησαν. ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγῶν, Ἰωσήφ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρούξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμενος ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδός, οικεῖαν ἕκαστος ἐπέθευν προσησάμενος, ὁ μὲν ἑκατον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἕτερος δὲ φίλον ἐγκάμων, καὶ ἐν ιστορίας σήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀποκληροῦντες σκοπὸν, πέρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πε-

inde principium sumens Theophanes confessor obitu Nicephori, qui de generali logotheta imperator fuit factus, historiam suam finit. post hunc etiam alii idem opus in manus sumpserunt, ut Siculus, ut honoratissimus Psellus, ac praeter hos alii. ceterum isti accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt, neque aliud praestitere quam quod nuda regum enumeratione exposita, quis cui in imperio successisset docuerunt. nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon ac reliqui Byzantii, tum Nicephorus diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus Sida oriundus, alterque Theodorus Augustanus, Demetrius item Cyzicenus ac Ioannes monachus, horum quivis peculiari sibi proposito

ὑπόθεσιν προστησάμενοι, ὁ μὲν ἔπιεινον φέρε εἰπεῖν βυσιλίως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἄτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν διανοίας ἀποκεπτώκασι καὶ πρὸς ἀλλήλους διηρέχθησαν. ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος Ἰωάννης ὁ Θρακῆσιος τὸ ἐπώ-
 5 **θ**υμον, συντομοτέραν ἐνδιδόναι κατέληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφέων ἱστο-
 ρίας ἀναλεξάμενος καὶ ἐγκατάσκευον ποιησάμενος τὴν γραφὴν ἀπὸ τοῦ τέλους ἤρξατο τοῦ ἀπὸ γενικῶν Νικηφόρου, καὶ τὰ ἐμ-
 παθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπόμπησε, γυμνῆν τὴν
 10 **Ι**στορίαν παραδέδωκεν. ἡμεῖς δὲ τὰς τούτων ἐπελθόντες βιβλους

πτόκασι διανοίας. ἀποτάδην γὰρ τὰ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους σπεινεχθέντα καὶ μικρὸν ἄνωθεν ἱστορικῶς συγγραφάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς ὁ δὲ ἀντικαθῶς, ὁ δὲ καὶ κατὰ χάριν, ἄλλος δὲ καὶ ὡς προσετέτακτο, τῆς ἑαυτοῦ συνθέσεως ἱστορίας, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ἄλλῃρον καὶ ταραχῆς τοὺς ἀποστάτας ἐμπεκλησασιν. ἡμεῖς δὲ τῷ πόνῳ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ἐκεῖ ἐντυχόντες, καὶ λυσιτελήσειν οὐ μικρὰ τῆς συνοφιν τοῖς φιλοῖστοροῦσιν ἐπίσταντες, καὶ μάλιστα τοῖς τὸ ἄσ-
 στον τοῦ ἐπιπνοωτέρου προτιθεμένοις, συντομοτάτην διδοῦσαν κατέληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς καὶ τοῦ βάρους τῶν ὑπομημάτων ἐλευθεροῦσαν, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφείσας ἐπ' ἀκριβεῖς ἱστορίας ἀναμαζάμενοι καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπομπήσαντες, καὶ τὰς διαφορὰς καὶ διαφανίας κατέντες, ἀποξέσαντες δὲ καὶ ὅσα ἐγγυὲς ἐρχόμενα εὗρομεν τοῦ μυθώδους, τὰ δὲ εἰκότα καὶ ὁπῶσα τοῦ παιδανοῦ μὴ ἀπέκλιτε συλλεξάμενοι, προσθέντες δὲ καὶ ὁπῶσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐκιδάχθημεν, καὶ ὅψ' ἐν ἐπιδομάδῃ συνθέμενοι, τοῖς μεταγενεστέροις καταλειλοίκαμεν τροφήν ἀπλήν καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ἀληθεύμενην, ἵν' οἱ μὲν τὰς τῶν δηθέντων ἱστορικῶν βιβλους ἐπελθόντες ὑπομημάτα ἔχοιεν συνευδημον φέροντες καὶ ἐπιόντες τοῦτο τὸ βιβλίον (οἶδε γὰρ ἢ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἢ δὲ ἀνάμνησις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ τοῦναντίον ἢ ἀμίλεια καὶ θαστώνη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ἢ τισὶ πάντως ἔκεται λήθη ἀμανοῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων), οἱ δὲ μὴπω ἐντυχόντες ταῖς ἱστορίας ὁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομήν καὶ ἀναζητοῦντες τὰ πλατικῶς γεγραμμένα ἐντελεστέραν τῶν πεπραγμένων λάβοιεν εἰδησίαν. 5 συντομοτέραν ἐπιχειρήσας (an βουληθείς?) ἐνδιδόναι? 9 ἀποδιοπομπήσας?

argumento (verbi gratia, laudationem alius regis, alius patriarchae vituperationem, alius amici praedicationem) procul a nominatorum viro-
 rum sententia aberrarunt, ipsique inter se dissenserunt. iam Ioannes
 Protovestiarius cognomento Thraacesius, compendiosiore eorum quae
 diversis evenerunt temporibus notitiam tradere conatus, supra comme-
 moratorum scriptorum historiis accurate perceptis indeque in suos com-
 mentarios quae ad rem facerent collatis, ab exitu Nicephori cuius paulo
 ante meminimus exorsus est, repudiatisque quae ex animi commotione
 aut in gratiam alicuius scripta fuerant, nudam historiam tradidit. nos
 autem evolutis horum libris, indeque iis quae attinebat collectis, adie-

τὰ εἰκότα συνλέξαμεν, προσθέντες καὶ ὅσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς Λεπτῆς Γενέσεως οὐκ ὀλίγα συλλέξαντες καὶ ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν καὶ ἀπ' ἑτέρων βιβλίων, καὶ ὅψ' ἐν ἐπιδρομάδῃ συνθέμενοι, τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφήν ἀπαλὴν καὶ ἀηλεσμένην, ἔν' 5

C οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ἔχοιεν ὑπομνήματα (οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δ' ἀνάμνησις τρέφει καὶ μεγαλύνει τὴν μνήμην, ὥσπερ τοῦναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ φαστώγη ἐπιφέρει ἀμνηστίαν, ἥ τινὲ πάντως ἐπεται λήθη, ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων), οἱ δὲ μῆπω ἐντετυχηκότες ταῖς ἱστορίαις ὁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομήν.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. παχυμερῶς εἶπὼν τὰ συνεκτικώτατα τῶν στοιχείων, μετὰ ταῦτα λεπτομερῶς ἐξηγεῖται τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως, λέγων "καὶ εἶπεν ὁ Θεός, 15 γενηθήτω φῶς." Ἰστέον οὖν ὅτι πᾶν δ' ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου

D τούτου συστάσεως, ἐν φωτὶ ἦν· οὔτε γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων χορεῖαι ἐν σκότει· διῆγον οὔτε πᾶσαι αἱ ἐπουράνιοι στρατιαί, ἀλλ' ἐν τῷ φωτὶ καὶ πίσῃ εὐφροσύνη πνευματικῇ τὴν πρόπουσαν αὐταῖς λειτουργίαν ἐκπληροῦσαι. τὸ γὰρ σκότος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐφα- 20 πλώσεως καὶ τὰ ὑπὸ τούτου σκεπόμενα γέγονεν. ἐπὶ τούτων τόνων εἶπεν ὁ Θεὸς γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· ἔχωρισθη γὰρ

5 μεταλελοίπαμεν P 1. e. editio Parisiensis
ἐπὶ malebat Xylander

21 καὶ] κατὰ ?

ctis etiam quae, cum non essent scripta, ab antiquis hominibus tradita didiceramus, non pauca etiam ex parva Genesi, ecclesiasticis historiis aliisque libris complexi, cursim omnia in unum composuimus volumen. quod opus posteris relinquimus tanquam alimentum tenerum ac mola prae paratum, ut et qui dictorum historicorum scripta legerunt, commentarios habeant (etenim lectio ad recordationem excitandam est efficax, recordationi ad alendam augendamque memoriam vis est, quemadmodum contra incuria et negligentia immemores reddit; unde prorsus oblivio consequitur, memoriam rerum gestarum obscurans atque confundens) et qui historias nondum cognoverunt, hoc compendio ductoris loco utantur.

Principio fecit deus caelum et terram. confusius iis mundi partibus nominatis quae maxime reliquas in se continent, distinctius deinceps creationis principium enarrat, dicens "et dixit deus, fiat lux." sciendum est, quidquid ante huius mundi constitutionem exstitit, id in luce fuisse. nam neque angelorum choreae in tenebris degebant neque universi caelestes exercitus, sed in luce, et omni spiritibus congruente laetitia suum quivis munus obibant. tenebrae autem extensione caeli, qua tegebantur ea quae infra caelum sunt, exstiterunt. de his ergo dixit deus "fiat lux," ac exstitit lux. nam a tenebris separata est, et ab opi-

ἀπὸ τῶν σκότους, καὶ ἡμέρα ὠνομάσθη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ.
 ἡ πρώτη ἐστὶ τοῦ παρ' Ἑβραίοις λεγομένου Νισὰν τοῦ πρώτου
 μηνός, εἰκοστὴ δὲ πεμπτὴ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις Μαρτίου μηνός, P 3
 παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ζ' Φαμενώ τοῦ κθ' καλουμένου παρ' αὐτοῖς
 5 μηνός. ἐν ταύτῃ καὶ Γαβριὴλ τὸν ἀσπασμὸν ἐπὶ τῇ θείᾳ συλλή-
 ψει τοῦ σωτήρος ἡμῶν Θεοῦ τῇ παναχράντῳ Θεοτόκῳ ἐφθέρξατο.
 ἐν ταύτῃ καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρὸς μετὰ τὴν ἕξ αὐτῆς ἄρ-
 ρητον γέννησιν πᾶσαν πληρώσας οἰκονομίαν ἐκ νεκρῶν ἀνέστη·
 ἦνπερ καὶ κυριακὸν πάσχα οἱ ἄγιοι πατέρες ὠνόμασαν, ἀρχὴν λα-
 10 βόντες κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγίαν τῆς ζωηφόρου ἀναστάσεως ἡμέραν
 τοῦ πεντακισχιλιοστοῦ πεντακοσιοστοῦ τριακκοστοῦ ἐννάτου ἔτους B
 ἀπὸ κτίσεως κόσμου. καὶ τινὲς δὲ τῶν ἁγίων Θεοφθόρων πατέρων
 ἐν τῇ αὐτῇ ἔφασαν τῇ ἡμέρᾳ, δηλονότι τοῦ Μαρτίου μηνός, καὶ
 τὴν ἐπὶ γῆς δευτέραν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτήρος ἡμῶν
 15 γενήσεσθαι παρουσίαν, ἐν ᾗ κρινεῖ πᾶσαν τνοήν, ὡς τοῦ μέλλον-
 τος αἰῶνος ἀπ' αὐτῆς πάλιν τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος. ὅτι ἐν
 αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἣτις ἦν κυριακὴ, ἤγον τῇ μιᾷ τῶν σαβ-
 βάτων, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πνεῦμα καὶ φῶς
 καὶ τυχθήμερον καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος τὸ σκότος, ὁμοῦ ἔργα
 20 ἑπτὰ. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς τὴν πρώτην ἡμέραν νοητὴν λέγει διὰ τὸ
 ἀδιάγνωστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον. ἐν C

13 τῇ ἡμέρᾳ] ταύτῃ ἡμέρᾳ?

hic ei nomen diei impositum. est autem prima dies primi Ebraeorum mensis, qui mensis ab iis Nisan dicitur; eademque quinta post vigesimam eius mensis quem Romani Martium vocant, apud Aegyptios est septima mensis, quem ii Phamenoth appellant, estque iis in ordine vigesimus nonus. ea die divinam dei nostri servatoris conceptionem castissimae virgini dei genitrici Gabrielus salutatione denuntiavit. eadem die unigenitus patris filius, cum ex ea ineffabili modo natus omni suo in carne defunctus esset officio, e mortuis surrexit. quam diem etiam pascha dominicum beati patres nominarunt, facto eius rei initio ab ea ipsa sacra die vivificae resurrectionis, quae fuit anno ab origine mundi quinque millesimo quingentesimo trigesimo. praeterea quidam beatorum et divino instinctu praedictorum patrum eadem die (nimirum 25 Martii) alterum filii dei et servatoris nostri Iesu Christi adventum fore pronuntiaverunt, quo de omni anima est iudicium acturus, quippe futurum saeculum rursus ab hac ipsa die inchoandum existimantes. nota, prima ista die, quae fuit dominica sive prima post sabbatum, fecit deus caelum et terram, spiritum et lucem, diem naturalem, quae die ac nocte constat, ac (quod erat istorum consecrarium) tenebras: septem numero opera effecta. Africanus autem primam diem intelligentia tantum considerari ait, quod eatenus lux quae ante omnia creata fuit, internosci non poterit ac diffusa fuerit. secunda naturali die

τῷ δευτέρῳ δὲ νυχθημέρῳ ἐγένετο στερέωμα, ἔργον ἓν. στερέωμα δὲ ἐκλήθη τὸ δημιουργημα διὰ τὸ τὴν φύσιν τῶν ὑπερκειμένων ἢ ὑποκειμένων λεπτὴν εἶναι καὶ ἀραιάν, οὐρανὸς δὲ διὰ τὸ καθαροῦσθαι τρόπον δέριφους ὑπὲρ κεφαλῆς ἠπλωμένος. ἐν τῷ τρίτῳ νυχθημέρῳ φανέρωσις γῆς καὶ ἀναξήρασις, παράδεισος, δένδρα 5 πανταῖα, βοτάναι καὶ σπέρματα, ἔργα τέσσαρα. Ἐξοὶ δὲ ἐπεκλήθη ἡ γῆ, ἐπειδὴ καὶ ἴδιον αὐτῆς ἔστι κατὰ φύσιν τὸ πρόσρημα· τὸ γὰρ κυρίως ξηρὸν γῆ ἔστιν. ἐπειδὴ ὡσπερ τι βάρος ἀπέθετο

D τὰ ἐπικείμενα αὐτῇ ὕδατα, λοιπὸν βλαστάνειν προσετάχθη. ψυχὴν δὲ ζῶσαν ἐξαγαγεῖν ἐκελεύσθη, ἢ ἐκ τούτου γινώσκηται τῆς 10 τε ἀλόγου ψυχῆς ἢ διαφορὰ καὶ τῆς ἀνθρωπείας· ἐκ γὰρ γῆς ἐφύη τῶν ἀλόγων ἢ ψυχῆ, ἢ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ θείου ἐμφροήματος συνέστη. καὶ ὅτι γεηρὰ ἔστι τῶν ἀλόγων ἢ ψυχῆ, ἐξ αὐτῆς ἔστι γινῶναι πάλιν τῆς γραφῆς· εἴρηται γάρ, ψυχὴ παντὸς κτήνους τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔστιν. αἷμα δὲ πηγνύμενον εἰς σάρκα 15 μεταβάλλεται, σὰρξ δὲ φθειρομένη εἰς γῆν ἀναλύεται. εἰκότως οὖν γεώδης ἢ τῶν ἀλόγων ψυχῆ. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, ἔργα τρία. τῶν

P 4 φωστήρων γενομένων πολυμερὲς τῷ παντὶ παρεσχέθη ὄφελος, ἐκ τε τοῦ φαίνειν καὶ ταῖς οἰκείαις λαμπηδίσι καταναγάζειν τὸν κόσμον 20 πλουσίως, ἐκ τε τοῦ ἀνίσχειν καὶ καταδύεσθαι τὴν τῶν χρόνων ἀπαρίθμησιν γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ τῶν σημείων, οἷά ἔστι διὰ τῆς σελήνης φαίνεσθαι. λεπτὴ γὰρ οὖσα ταῖς κερύλαις καὶ καθαρὰ

8 ἐπειδὴ δὲ ὡσπερ?

21 τοῦ] τοῦ τῷ?

22 καὶ] καὶ?

firmamentum est factum: opus unum. hoc autem nomen habet, propterea quod tenuis est et rara eorum quae supra id atque infra sunt natura. caelum autem (Graece οὐρανός) dicitur, quod pellis instar videtur supra caput expansum. tertia die terrae apparatus ac siccatio, paradisi, omnis generis arbores, herbae et semina: quattuor opera. arida autem seu sicca appellata fuit terra, quod nomen naturae eius proprium est: proprie enim siccum quod sit, terra est. haec ubi se iniectionis desuper aquis exoneravit, iussa porro est germinare. iussa est autem producere animam viventem, ut inde cognosceretur bruti ac hominis animae discrimen: nam brutorum anima ex terra est nata, hominis autem ex divina inspiratione orta est. esse autem brutorum animam terrenam, rursum ex ipsa potest intelligi scriptura: dicit enim "anima omnis pecoris est sanguis eius." porro sanguis concretus in carnem mutatur, caro suo interitu in terram dissolvitur. itaque consentaneum est brutorum animam esse terrenam. quarta die solem lunam et stellas deus fecit: tria opera. luminarium ortus multiplicem universo utilitatem attulit, cum lucendo subque splendore mundum affatim illustrando, tum ortu obituque suo tempora distinguendo. tum qualia signa praebeant, luna declarat; cuius cornua acuta ac pura si sint, constantem diei sere-

περὶ τὴν ἡμέραν σταθῆραν ἐδόξαν κατεπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεραταῖς καὶ ὑπέρουθρος φαινομένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ χειμῶνα ἕσοσθαι μηνύει. ὡσαύτως καὶ ὁ ἥλιος ἀνδρακώδης γινόμενος καὶ ὕφαιμος ταῖς ἀκτίσιν ἢ τὸ ἀπάνυσμα βίαιαν κίνησιν δηλοῖ ἐπιγενέσθαι. καὶ μάρτυρες τούτων πλωτῆρες καὶ γεωργοὶ καὶ ὄδοιποροί. τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ ἐρπετὰ, τὰ νηκτὰ πάντα, κῆτη ἰχθύες καὶ ὄσα ἐν τοῖς ὕδασι, ἔτι τε καὶ πετεινά, ἔργα τρία. τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ τετράποδα, τὰ ἐρπετὰ τῆς γῆς, τὰ θηρία καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἔργα τέσσαρα. ὁμοῦ πάντα τὰ ἔργα εἰκοσιδύο, 10 ἰσάριθμα τοῖς Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ ταῖς εἰκοσιδύο αὐτῶν βιβλοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ Ἀδάμ ἕως Ἰακώβ εἰκοσιδύο γενεαρχίαις, ὡς ἐν Λεπτῇ φέρεται Γένεσι, ἣν καὶ Μωσῆως εἶναι φασὶ τινες ἀποκάλυψιν. αὕτη τὰς οὐρανίους δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτίσθαι. τίνος δὲ χάριν τὴν ε' ἡμέραν εὐλόγησεν ὁ Θεός, καὶ οὐ 15 πᾶσας; φασὶ τινες. λέγομεν οὖν ὅτι ἐκάστη τῶν ἄλλων ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας ἔσχε τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν αὕτη μόνη μένειν ἀγέραστος, μηδεμιᾶς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας, τούτου χάριν ἠὲλογήθη καὶ αὕτη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ ἡγιασθῆ, καὶ σάββατον ὡς καταπαύσιμος προσηγορεύθη, καὶ ὡς 20 τύπος τῆς ἐβδόμης χιλιετηρίδος καὶ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν συντελείας, ὡς Ἰωσήπος μαρτυρεῖ καὶ ἡ Λεπτὴ Γένεσις.

Τὰ θηρία καὶ τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἐρπετὰ ὁμόφωνα ἦσαν

nitatem promittit, sin obtusis cornibus ac subrubens appareat, aut largos imbres aut tempestatem fore indicat. eodem modo sol quoque, si prunae instar candeat ac sanguinis colore tinctos radios splendoremque edat, motum violentum imminere ostendit. testes harum rerum sunt nautae agricolae viatores. quinta die repeantia, quaecunque natant, cetos, pisces, et quaecunque in aquis vivunt, ac praeterea volucres deus creavit: opera tria. sexta die quadrupeda, ea quae humi serpunt, bestias et hominem: opera quattuor. numerus omnium operum simul vigintiduo; quae summa aequat numerum literarum Hebraicarum, et rursus librorum quibus Iudaei utuntur, itemque vigintiduo graduum generis ab Adamo usque ad Iacobum, ut in parva Genesi legitur, quam etiam nonnulli aiunt esse Mosis patefactionem. Idem liber tradit caelestes quoque potentias prima die creatas esse. cur autem, inquit quidam, non omnes, sed septimum duntaxat diem deus faustum esse iussit? respondemus reliquarum unamquamque ex officio quod ea die peractum est, suam habere prosperitatis denuntiationem: cum autem sola septima eo honore esset caritura, nullo ea die opere condito, ideo ipsa quoque a deo fausta esse iussa est ac consecrata et sabbatum appellata; ut quae requiem afferat, et repraesentet septimum annorum millenarium, finemque peccantium hominum; ut Iosephus testatur et parva Genesis.

Bestiae ac quadrupeda et reptilia ante delictum communi cum ho-

- D** πρὸ τῆς πυραβάσεως τῷ ἀνθρώπῳ, διότι, φησὶν, ὁ ὄφις ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἐλάλησε τῇ Εὔα. πᾶσα δὲ λογικὴ φύσις κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσι κατὰ εἰκόνα Θεοῦ· τὸν γὰρ ὄφιν ὁμολογοῦμεν λελαληκέναι τῇ Εὔα, στόμα γενόμενον τῷ νοητῷ ὄφει, ἐν ᾧ ἐνεργήσας ὡς συνήθει ὄντι τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ τὰ λοιπὰ θη-5 ρία δι' αὐτοῦ ἠπάτησε τοὺς προπάτορας, ὁ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν ἀψύχοις εἰδώλοις λαλήσας τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δελεασθεῖσι πολυτρόπως εἰδωλολάτραις. τὸ δὲ εἶναι τὸν ὄφιν τετράπονον τὸ πρὶν καὶ μετὰ τὴν πονηρὰν εἰσθήγησιν ἐρπυστικόν, καὶ ἰδὼν αὐτῷ ἐπὶ τὴν γλῶσσαν
- P 5** ἐντεθῆναι, οὐκ ἀπιστοῦμεν. φρόνιμος δὲ ὁ ὄφις ἐκλήθη, ὅτι τὸ 10 λογικὸν ζῶον τὸν ἀνθρώπον, καὶ τῶν ἄλλων ἀγγινοῖα διαφέρων, ἔξαπατᾶν ἔμελλεν. ἄλλοι δὲ φασιν ὅτι οὐ τῷ κατὰ προφορὰν λόγῳ ὁ ὄφις ἐχρήσατο· ἀλλ' οἱ πρωτόπλαστοι, ἅτε κακίας ὄντες ἀμυγεῖς, ἀκριβεστάτας εἶχον τὰς αἰσθήσεις καὶ πολὺ τῶν ἡμετέρων διαλλαττούσας, ὥστε τὴν ἀκοὴν αὐτῶν πύσης ὑπάρχειν φωνῆς 15 ἀκουστικῆν. ἐπειδὴ γὰρ βασιλεὺς ὡσπερ προήχθη ἐν τῷ κόσμῳ ὁ ἀνθρώπος, εἰκότως κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγέννηται· ἔδει γὰρ τὸν ἔλλοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ὡσπερ τινὰ εἰκόνα εἶναι ἔμψυχον τῆς τοῦ παμβασιλέως ὁμοιότητος, οὐκ ἐν πορφυρίδι καὶ σκήπτρῳ καὶ
- B** διαδήματι τὴν ἀξίαν ἐμφαίνοντα, ἐπεὶ μὴδὲ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τοῦ-20 τοις ἔστιν, ἀλλ' ἐν τῷ κεκοσμηθῆναι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ καὶ ἀρετῇ· τούτοις γὰρ τιμηθεὶς ὁ ἀνθρώπος τὴν πρὸς τὸ πρωτό-

minibus voce usa sunt. nam (inquit) serpens humana voce Evam est allocutus. omnis autem natura ratione praedita est secundum imaginem dei. at vero ista non sunt facta secundum imaginem dei. etenim serpentem fatemur Evae verba fecisse, ita quidem ut is oris loco fuerit serpenti, quem et significatum intelligentia deprehendimus. hic illo, ut cum homine plus quam reliquis sit animantibus consuetudinis habente, usus instrumento, generis nostri auctores decepit. idem postmodo etiam in simulacris inanibus locutus est ad variis modis a se inescatos simulacrorum cultores. neque tamen non credimus serpentem initio fuisse quadrupedem, ac post malitiosam istam inductionem humi serpendi necessitate adstrictum, linguaeque eius virus impositum. vocatus est serpens callidus, quod homini, animali ratione praedito et reliquis acumine mentis praestanti esset impositurus. alii dicunt non expressis verbis usum serpentem, sed primo creatos homines, utpote ab omni malitia puros, acutissimos habuisse sensus multoque nostris praestantiores; itaque suo auditu omnia vocis genera percipisse. quando enim in mundum homo tanquam rex productus fuit, conveniebat eum ad imaginem dei factum esse: quippe oportebat eum qui aliis esset imperaturus, veluti imaginem quandam animatam esse similitudinis eius qui rex est omnium; qui non purpura sceptro ac diademate dignitatem suam monstraret; quando et exemplar ad quod ille factus est nihil horum habet, sed eo quod interitus vacuitate immortalitate ac virtute exornatus esset: his enim rebus decoratus homo similitudinem imaginemque exemplaris ad

τυπον εἰκόνα καὶ ὁμοίωτα διασώζει. ἔτι δὲ καὶ ἡ ἀντιξοσιότης τὸ βασιλικὸν καὶ ζηρημένον τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου καὶ πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα ἐμφερές προφανέστατα δείκνυσι. κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ χειρῶν θεοῦ ἔργον ὁ ἄνθρωπος διὰ τὴν τιμὴν τῆς κατασκευῆς· καὶ γὰρ βουλῆς ἐνέργεια τὸ πᾶν. τὸ "ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν" διὰ τὸ μέλλον τῆς παιδογονίας λέγει· σπνεργεῖ γὰρ τὸ θῆλυ τῷ ἀνδρὶ πρὸς τὴν τοῦ γένους ἀΐξισίν τε καὶ C διαμονήν. π्लाσθείσης δὲ τῆς γυναικός, ὡς εἴρω αὐτὴν ὁ Ἄδάμ, οὐχ ὡς γυναῖκα θεώμενος ἔπασχεν, ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν ὄρων πνευ- 10 ματικῶς τῆθοραίνετο, τὴν ὁμοίαν βλέπων καὶ ταύτην ἔχουσαν κατασκευήν. ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ ὄρωσα τὸν ἄνδρα μεγάλως ἠγάλλετο, κατ' αὐτὸν οὔσαν ἑαυτὴν ἐννοοῦσα. τὸ δὲ "θανάτω ἀποθανεῖσθε" θνητοὶ ἔσεσθε σημαίνει, ὡς καὶ ὁ Σύμμαχος ἠρμήνευσεν. ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν σημαίνει, ἐργάζεσθαι μὲν τὴν 15 εὐχαριστίαν καὶ τὴν αἰνεσίαν τῷ τοσοῦτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν παροχεῖ, φυλάσσειν δὲ καὶ τηρεῖν, μὴ πως ἀπονοηθεῖς καὶ λήθην τοῦ εὐεργέτου λαβὼν τῆς ἐν χερσὶν ἀποπέση μακρυωότητος καὶ ἐδ-ζωτίας. Ἄδάμ δὲ ἐρμηνεύεται γῆϊνος, Ἐὐα δὲ ζωή· καὶ γὰρ αὐτῷ τῆς γῆϊνης καὶ σαρκικῆς ζωῆς ἀρχηγοὶ καὶ πατέρες τῷ ὄντι χρημα- 20 τίζουσιν, ὡσπερ τῆς οὐρανίας καὶ πνευματικῆς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ νέος Ἄδάμ, καὶ ἡ ἀπειράνδρος αὐτὸν τεκοῦσα, ἀπαρχὴ καὶ αἰτία τοῖς πῦσι τοῦ θεοῦ τέκνοις εἰσίν.

13 ἔσεσθαι P

 χρηματισμοὺς καὶ τὴν τοῦ Ἰωσήφ ἐν Αἰγύπτῳ βασιλείαν περιέχει.
 ἡ δὲ Ἔξοδος τὴν τοῦ Ἰσραὴλ περιέχει κάκωσιν, καὶ τὴν διὰ
 Μωϋσέως ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς διάβασιν, καὶ τὴν ἐν ἐρήμῳ διατρι-
 βήν, καὶ ὅσα νομοθετούμενος ἐπέλασε τὸν Θεόν, καὶ τὴν τῆς
 10 σκητῆς κατασκευήν. τὸ Λευτικὸν τὴν τῶν θυσιῶν ποικίλην πα-
 ράδοσιν καὶ τὴν τῶν ἱερέων διακόσμησιν. οἱ Ἀριθμοὶ τὴν δι-
 τὴν ἐπίσκεψιν εἰς τὸν ἀπαρίθμησιν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ περιέχει, B
 τὴν μὲν πρώτην ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν μετὰ τὴν ἔξοδον εὐθὺς
 ἐν τῷ ὄρει Σινῆ γενομένην, τὴν δὲ δευτέραν ἐπὶ Μωϋσέως καὶ
 15 Ἐλεάζαρ, μετὰ τὴν ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσιν πανωλεθρίαν τῶν
 πρώτων διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, γενομένην ἐν Ἀραβαῶν Μωὰβ
 ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου κατὰ τὴν Ἰεριχώ. τὸ δὲ Δευτερονόμιον πάσας
 τὰς ἐξ ἀρχῆς μεγαλοουργίας τοῦ Θεοῦ μέχρι καὶ τῆς τοῦ Μωϋσέως
 τελευτῆς γενομένης εἰς αὐτοὺς περιέχει, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν δευτέ-
 20 ραν ᾠδὴν πᾶσαν, καὶ τοὺς φυλάρχους οἱ καὶ ἕμιλλον κατακληρο-
 νομεῖν τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν.

Διελθόντος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ τὸν Ἰορδάνην, περιέτεμεν ὁ Ἰη- C
 σοὺς πάντα τὸν λαὸν μαχαίραις πετρίναις· τὰ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ
 τισσαράκοντα ἔτη οὐδεὶς περιεμήθη, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν μαχι-

interpretibus sub Ptolemaeo Philadelpho. et liber quidem Geneseos
 complectitur ab initio repetitam mundi creationem, hominis effictionem,
 diluuium, Sodomaeorum interitum; tum natales vitam atque obitum
 Abrahami Isaaci Iacobi, oracula, regnum Iosephi in Aegypto. Exodus
 habet Israelici populi afflictionem, et eiusdem Mose duce per rubrum
 mare transitum, vitam in solitudine actam, utque populus lege accepta
 deum tentarit, nec non tabernaculi apparatus. Levitico insunt variae
 de sacrificiis praeceptiones et sacerdotum administratio. Numeri dupli-
 cem populi recognitionem sive recensionem continent, quarum prior
 statim ab exitu apud Sinaim montem habita fuit a Mose et Aarone:
 posteriorem censum, prioribus per quadraginta annos suae incredulitatis
 culpa a deo occisione deletis, iuxta Arabaotham Moabicae regionis ad
 Iordanem prope Ierichuntem Moses et Eleazarus egerunt. Deuterono-
 mium omnia magna dei facta et in Ebraeos beneficia ab initio usque
 ad mortem Moisis recenset, itemque totum secundum canticum, ac tri-
 bus principes, qui terram promissam erant distributuri.

Cum populus Israelicus Iordanem fluvium transivisset, Iosua cum
 castris saxeis circumcidit. nam per quadraginta annos, quos in solitu-
 dine exegerunt, nemo circumcisus fuerat; ac plerique eorum qui ad

μῶν ἀπερίτμητοι ἦσαν· τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι παντὸς ἀλλογενοῦς κει-
 χωρισμένοι χρεῖαν τῆς περιτομῆς οὐκ ἔχον. καλῶς ἄρα εἴρηται
 τῷ θείῳ ἀποστόλῳ ὅτι οὔτε περιτομή τι ἰσχύει οὔτε ἀκροβυστία,
 ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν. καὶ φαγόντος ἐκ τοῦ νέου σίτου τοῦ λαοῦ
 τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐξέλιπε τὸ μάννα. τότε καὶ τὸν ἀρχιστράτηγον 5
D Μιχαὴλ εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ εἰς Ἱεριχώ, δι' οὗ καὶ παρε-
 δόθη αὐτῷ ἡ Ἱεριχώ· μετὰ γὰρ ἡμέρας 5' περιστοιχισάντων ἀδ-
 τῆρ μετὰ τῆς κιβωτοῦ, ἐπεὶ ἐσάλπισαν καὶ ἐβόησαν ὁ λαὸς, ἔπε-
 στον ἀτόματα τὰ τεῖχη, καὶ εἰσῆλθεν ἐν αὐτῇ Ἰσραὴλ, καὶ ἐσφάγη
 πᾶς ὁ λαὸς τῆς Ἱεριχώ καὶ πᾶν ζῷον, πλὴν Ῥάαβ τῆς πόρνης καὶ 10
 τοῦ οἴκου αὐτῆς. ἐκεῖ καὶ Ἄχα ἐλιθοβολήθη ὑπὸ τοῦ Ἰσραὴλ σὺν
 πᾶσι τοῖς αὐτοῦ διὰ τὸ ἀποκρῆναι χρήματα. τότε καὶ Γαβαϊ-
 νῆται καὶ οἱ τοῦ Εὐαίου καὶ οἱ λοιποί, ὡς μακρόθεν οἰκούντες,
 πρὸς Ἰησοῦν σπονδὰς ποιοῦνται· οὗς ἐπιγνοὺς ὕστερον πλησιο-
 χώρους ὑπάρχειν τῆς μὲν αἰχμαλωσίας συνεχώρησε, διακονεῖν δὲ 15
P 81 καὶ ξυλοφορεῖν τῷ λαῷ προσέταξε. τοὺς δὲ Ἀμορραίους πολεμῶν
 ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαῖά, καὶ κατὰ φάραγγα Ἐλῶμ τὴν σε-
 λήνην, ἕως ἐξεπολέμησε τοὺς ἐχθρούς· πᾶσαι δὲ αἱ παρελάβεν
 Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ βασιλείας εἰκοσιεννέα ἦσαν, ἐπαρχαὶ δὲ ἑπτὰ,
 πάρεξ τῶν τῆς Ἱεριχώ καὶ τῆς Γέθ. τὴν δὲ Ἱεριχώ πόλιν καὶ 20
 Φοινίκων πόλιν ὀνομάζει, Κενναίους δὲ τοὺς ἀπογόνους Ἰοθόρ.
 οὗτος τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας τῶν Ἰουδαίων ἔθνη διανέμει εἰς
 κλήρον. τελευτῆ δὲ ζήσας ἔτη ἑκατὸν δέκα, κρατήσας τοῦ Ἰσραὴλ

bellum apti erant, incircumcisi manserant. causa fuit quod ab omnibus
 alienigenis separati nihil circumcissione indigebant. praecclare itaque a
 divino apostolo dictum est (1 Cor. 7), neque circumcissionem quicquam
 valere neque praepucium, sed praeceptorum dei observationem. quo
 die novis fructibus populus vesci coepit, eo manna defecit. tunc et
 divini exercitus principem Michaelum Iosua Ierichunte vidit, urbesque
 ipsi ab eo tradita est. cum enim populus eam per sex dies circumvisis-
 set, simul gestata foederis arca, posteaquam tubis cecinit ac clamorem
 sustulit, moenia urbis corruerunt populusque in eam intravit. oppidani
 interneccione deleti sunt cum bestiis suis, sola Rahaba meretrice et eius
 familia superstita. tunc et Achanus lapidibus cum familia sua cooperatus
 est, quod de praeda esset peculatus. tunc etiam Gabaonitae, Evaei
 posterii ac reliqui, simulate se longinquam terram incolere, cum Iosua
 foedus pepigerunt. quos cum deinde Iosua intellexisset finitimos esse,
 captivibus quidem eorum pepercit, populi tamen Israelici lixas calonesque
 esse iussit. cum Amorraeis porro pugnavit solem apud Gabaonem lu-
 namque ad vallem Elomam subsistere iussit, dum hostes excinderet.
 regna in suam potestatem redegit Iosua numero 29, principatus 7, ex-
 cepta Ierichunte et Getha. urbem Ierichuntem etiam Phoenicum urbem
 appellat, Cinnaeos posteritatem Iothoris. Iosua ergo terram promissam
 Iudaico populo tributum distribuit. mortuus est annos natus 110, cum

ἔτη εἴκοσι ἐπτά. καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Θαμναθοσεράχ, ἐν τῷ ὄρει Β
Ἐφραιμ, συνθάψαντες αὐτῷ καὶ τὰς πετρίδας μαχαίρας.

Ἵναχος βασιλευσεν Φορωνεύς, καὶ ἄλλοι δὲ πλείους μετ' αὐτὸν ἕως τοῦ Λυγκέως, ὃς Δαναῷ πολέ-
5 μήσας τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦτον ἀποκτείνας, τὴν τε βασιλείαν
αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα Κλυταιμνήστραν εἰς γυναῖκα παρέλαβε.
μετὰ τοῦτον Μεριόπας πέντε μόνους χρόνους βεβασιλευκῶς αὐτὸς
καταλύεται, καὶ ἡ βασιλεία τῶν Ἀργείων ἐπὶ φηδ' ἔτη διαρκέ-
σασα εἰς Σικυωνίτας τοὺς Ἑλλαδικοὺς μεταπεπτῶκει.

10 Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μωυσέως γέγονέ τις ἀνὴρ μέγας, ἐκ τῆς
φυλῆς Ἰάφεθ, ὃς αὐτόχθων ὢν ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ἔτη λβ'.
ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Γύγης. ἐπ' αὐτοῦ γέγονε κατακλυσμός ἐν τῇ C
Ἀττικῇ μόνῃ· αὐτὸς τε ἀπόλετο καὶ ἡ χώρα πάσα, καὶ ἕως ἐτῶν
διακοσίων ἔρημος ἕμεινεν.

15 Ἐν δὲ τοῖς καιροῖς τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῆς τῶν
Μολοσσῶν χώρας αὐτόχθων τις, Ἀίδης ὄνομα, βεβασιλευκῶς
μετὰ Μελιδίους τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχε θυγατέρα τὴν Περσεφό-
νην, ἥς Πειρίθου ὁ αὐτοῦ συγκαλητικὸς ἐρασθεὶς κατὰ σύνταξιν
αὐτῆς ἀρπάσαι ταύτην νυκτὸς ἐβουλήθη. τοῦτο γινὼς Ἀίδης,
20 ὃν εἶχε κῆρα μέγιστον καὶ ἄγριον, Τρικέρβερον ἐπονομαζόμενον,
ἔξω τῆς θύρας ἔσθησε Περσεφόνης ἀγροσύνης. τοῦ δὲ Πειρίθου
πρὸς αὐτὴν παραγενομένου νυκτός, ἐφορμήσας ὁ κῆρον ἀνείλεν

12 Ὀργῆς?

Israelicum populum annos 27 rexisset. humatus est Thamnathsarache
in montibus Ephraimicis, cumque eo lapidei cultri.

In Argivos post Inachum Phoroneus regnum obtinuit, ac post hanc
plures alii usque ad Lynceum, qui Danao regi bellum intulit, eum occi-
dit, regnoque petitus filiam eius Clytaemnestram uxorem duxit. post
hunc Meriopus cum quinque annos tantum regnasset, imperio excidit;
atque sic regnum Argivorum, cum 549 annos durasset, ad Sicyonios
Graecos translatum est.

Mosis aetate quidam magnus vir Gyges nomine, de Iapeti stirpe,
Atticam indigena ipse regno tenuit, per annos 32. eo regnante dilu-
vium in sola Attica existit, quo et rex periit et tota ea regio, quae
etiam per 200 deinceps annos vasta atque inculta iacuit.

Quo tempore Israelicus populus ex Aegypto est egressus, Molossis
indigena quidam, Aides nomine (Plutonem Latini vocant) cum uxore
sua Melodia imperavit. ei regi filia fuit, nomine Proserpina. quam
cum Pirithous regis consiliarius amaret, re cum virgine composita noctu
eam rapere instituit. deprehensio hoc conatu Pluto canem, quem vasto
corpore et saevum habebat, Tricerberum nomine, foris ad ianuam Pro-
serpinae ipsa rei imprudente constituit. ita Pirithoum noctu se ad
illam conferentem adortus canis interfecit; atque ipsam quoque Proser-

αὐτόν. ἔξελθοῦσα δὲ πρὸς τὴν ταραχὴν ἢ κόρη διεσπάραται
 D καὶ αὐτὴ τῷ κυνί. ἐντεῦθεν ἐρρήθη ὅτι ὁ Πλούτων, τὸ τοῦ ἀν-
 δρὸς εὔπορον σημαίνων, τὴν κόρην Περσεφόνην ἀρπάσας ἐς ἄδην
 ᾤχετο.

“Ὅτι ὁ Αἰγιάλεος πρῶτος Σικωνιτῶν πεντήκοντα δύο ἔτη 5
 ἤρξε· μεθ’ ὃν ἄλλοι κ’ ἕως τοῦ καλουμένου Ζευξίππου, ὃς ἔτος
 ἐν καὶ τριάκοντα ἐβασίλευσεν ἐν αὐτοῖς. καὶ κατέσχευεν αὐτῶν ἢ
 βασιλεία ἔτη ἑννακόσια ὀγδοήκοντα.

Τὰ δὲ δυτικὰ καὶ τὰ κατὰ Ἰταλίαν μέρη ὑπὸ τῶν υἱῶν
 Πίκου τοῦ καὶ Διδὸς ἐτοπαρχοῦντο. ἐν δὲ τοῖς Ἑλλησιν ὁ Προ- 10
 P 82 μηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεὺς Ἄτλας τε καὶ ὁ πανόπτης Ἄργος ἐγνω-
 ρίζοντο, ὃν καὶ ἑκατοντόφθαλμον διὰ τὸ δῆυνωπέστατον καὶ περι-
 βλέπτον εἶναι τὴν διάνοιαν ἐκάλουν. καὶ ὁ μὲν Ἄτλας ἀστρονο-
 μικήν μετῆει ἐπιστήμην, διὸ καὶ τὸν οὐρανὸν βαστάζειν αὐτὸν
 ἐμυθεύσαντο, Προμηθεὺς δὲ γραμματικὴν, ὡς φασιν, ἔξευρεν. 15
 οἱ δὲ Ἀναξαγόρειοι ἐρμηνεύουσι νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθη-
 ναῖν τέχνην. ὅθεν καὶ τὰ “χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρει πολύμητιν
 Ἀθήνην.” τὸν δὲ Προμηθεῖα νοῦν ἔλεγον· προμήθεια γάρ ἐστιν
 ἀνθρώποις ὁ νοῦς. διὸ καὶ μυθεύονται τοὺς ἀνθρώπους μετα-
 πελάσθαι, δηλονότι ἀπὸ ἰδιωτείας εἰς γνῶσιν. Ἐπιμηθεὺς δὲ 20
 B τὴν μουσικὴν ἔξευρε, καὶ Δευκαλίον τὰ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ
 τῆς Ἀττικῆς ἀνετάξατο. ὁ Κέκροψ δὲ διαφνῆς ὠνομάσθη, ἢ

pinam, cum ad tumultum excurreret, discerpit. inde nata est fabula, quod Pluto (ea vox divitias viri eius designat) virgine Proserpina rapta ad inferos (id est ad Aidem) concesserit.

Aegialeus primus regnum in Sicyonios gessit, annos 52. post hunc alii reges viginti sex fuerunt usque ad Zeuxippum. hic Sicyoniis annos triginta unum imperavit. duravit hoc regnum annos 980.

Regionibus autem ad solis occasum vergentibus et Italiae posteritas Pici Iovis per provincias praefuit. inter Graecos autem innotuerunt Prometheus Epimetheus Atlas et acutissimo visu praeditus Argus, qui ob perspicacitatem oculorum atque ingenii centumoculus est perhibitus. Atlas astronomicam tractavit scientiam: itaque fabulati sunt ab eo caelum gestari. Prometheus grammaticae inventorem fuisse tradunt. Anaxagorei porro philosophi Iovis nomine mentem, Minervae vocabulo artem intelligunt. unde est illud “et manibus casus sapientem Pallada quaerit.” Prometheus autem mentem interpretantur: est enim hominibus a mente prudentia, quam prometheiam dicunt. iccirco etiam fabulantur ab eo homines fuisse transfiguratos, nimirum quod rudes ad scientiam adduxerit. musicam invenit Epimetheus: Deucalion historiam diluvii Attici conscripsit. Cecropem duplicem seu duabus naturis con-

διὰ μήκος σώματος, ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν τὰς δύο γλώσσας ἠπί-
 στατο. οὗτος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς Ἀθηνῶν ἐβα-
 σίλευσε χρόνους 5, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνό-
 μασεν. ἐπὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐλαία πρῶτως ἐφῆ. ἀπὸ
 5 τούτου Κεκροπία ἡ χώρα πρῶτον ἐκλήθη. οὗτος πρῶτος βοῦν
 ἐθαύμασε καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. ἐπὶ τούτου τὸ ἐν Δῆλῳ ἱερὸν
 Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐριχθονίου υἱοῦ Κεκροπος ἰδρύνθη.
 οὗτος νομοθετεῖ τὰς γυναῖκας ἔτι παρθένους οὖσας ἐνὶ ἀνδρὶ τῷ C
 βουλομένῳ γαμεῖσθαι, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ ἕως θανάτου προσανέχειν·
 10 ἕως γὰρ αὐτοῦ ἀδιαφόρως ἔζων, πρὸς καιρὸν μιγνύμενοι καὶ αὖθις
 ὅτε βούλονται διαχωριζόμενοι, ὡς ἄδηλον εἶναι τίς ἂν εἴη τούτου
 πατήρ, κτηνῶν τρόπον νοθευομένου τοῦ γένους τῇ ἐπιμιξίᾳ. ἔλεγε
 γὰρ αὐτὸ αἴτιον εἶναι τοῦ κατακλυσμοῦ. καὶ μετ' αὐτὸν Κραναὸς
 ἐβασίλευσεν ἔτη ἑννέα, ὅτι καὶ Σαπφῶ ἡ καὶ πρώτη Μουσῶν ἀνη-
 15 γόρευτο. εἶτα Φορνεὺς καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν ἕως Κόδρου βασι-
 λεύσαντος αὐτῶν ἔτη κα'. ἐκράτει οὖν ἡ Ἀθηναίων βασιλεία
 ἔτη κςβ'. κἀντεῦθεν ἄρχοντας δώδεκα προεβάλλοντο, δι' ὧν ἡ
 κατ' αὐτοὺς διωκονομεῖτο πολιτεία. ἐν τούτοις τοῖς ἄρχουσι ἐνο- D
 μοθετεῖ Ἀθηναίων πρῶτος Δράκων ὀνόματι. μετ' αὐτὸν δὲ Σό-
 20 λων τοῦ Δράκοντος τοὺς νόμους ἤθετε. εἶτα Θύλης ὁ Μιλήσιος
 ἐθεσμοθετεῖ, καὶ πάλιν Αἰσχύλος τυραννήσας ἔτος ἐν καὶ μῆνας ζ'.
 μετ' ὃν Ἀλκιβιάδης ἔτη δύο, εἶτα ἄλλοι ιη', καὶ αὖθις ἡ τούτων

14 ὅτε?

stantem dixerunt, sive ob corporis proceritatem, sive quod Aegyptius patria utramque linguam calleret. is post diluvium Atticum Athenis regnavit annos 50, urbemque Athenas a Minervae Graeco nomine nuncupavit. eo regnante primum in arce olea est enata. ab ipso regio Cecropia est appellata. is primus bovem admiratus est et Iovem cognominavit. eius tempestate fanum Apollinis Delii in insula Delo positum est ab Erichthonio Cecropis F. is legem tulit uti virgines uni alicui viro volenti nubrent, neque eo vivo rem cum ullo alio haberent. hactenus enim promiscuo concubitu usi fuerant, arbitrio suo inter se iuncti rursusque separati; quo factum est ut nemo patrem suum scire posset, pecoris instar spurios procreantibus hominibus. eam rem ille causam dilavio praebuisse dicebat. post hunc Cranaeus regnavit annos 9; quo tempore Sappho vixit, quae prima Musarum dicta fuit. successit Cranao Phorneus, aliique deinceps usque ad Codrum, qui regnum per annos 21 gessit. duravit regnum Atheniense annos 492. inde rem publicam suam duodenis principibus administrandam tradiderunt. ex his primus Draco leges Atheniensibus posuit, quas eius successor Solon abrogavit. post hunc alius Thales Milesius tulit; rursusque Aeschylus, cum in rem publicam tyrannidem obtineret per annum ac 7 menses. post hunc Alcibiades biennium, deinde alii 18, rursusque horum regnum abolitum

κατελύθη βασιλεία. ἐν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς καὶ οἱ κριταὶ ἤρχον ἐν νίοις Ἰσραήλ.

Τῶν κριτῶν τοῦ Ἰσραήλ ἐπανάλημις διὰ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἱστορίας. Μετὰ Ἰησοῦν τοῦ Νανῆ ἐκ τῆς Ἰουδα καὶ Συμειῶν φυ-
 P 83 λῆς τοῖς ἀλλήλων σχοινίσμασιν ἀνὰ μέρος βοηθούτων πρῶτος 5
 ἄρξαι τοῦ λαοῦ λέγεται Χάλεβ ἔτη λ'. μετὰ τοῦτο ὁ λαὸς εἰδώ-
 λους λατρεύσας ἐκδίδεται δουλεύειν τῷ Χουσαρθῶμ βασιλεῖ Συ-
 ρίας τῆς Μεσοποταμίας ἔτη ιη'. ἐπιστρέψαντος τοῖνυν τοῦ λαοῦ
 πρὸς θεὸν ἀνίστησι τὸν Γοθονιῆλ πρῶτον κριτὴν, ἀδελφὸν νεώ-
 τερον τοῦ Χάλεβ, ὃς ἔκρινε τὸν λαὸν ἔτη μ'. ἐπὶ τούτου γέγονεν 10
 ὁ ἐπὶ Δευκαλιῶνος κατακλυσμός ἐν τῇ Ἑλλάδι. καὶ πάλιν τὸ
 πονηρὸν ποιήσας ὁ Ἰσραήλ παρεδόθη Ἑγλῶν βασιλεῖ Μωαβιτῶν
 ἐν τῷ γ' αὐτῶν ἔτει, καὶ ἐδούλευσεν ἔτη ιη'. πάλιν δὲ αὐτοὺς ἐπι-
 στρέψαντας ἔξαιρείται διὰ τοῦ ἀμφοτεροδεξιῦ Ἄωδ, ὃς ἔσχε τὸ
 B ἐπάνωμον τοῦτο διὰ τὸ ὁμοίως ἐν παντὶ πράγματι τῇ εὐωνύμῳ 15
 χοῦσθαι χειρὶ καθ' ἕνα καὶ τῇ δεξιῇ. οὗτος ἠγήσατο τοῦ λαοῦ
 ἔτη π'. τούτου τῷ κζ' ἔτει ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ,
 ἐν δὲ τῷ οζ' ἔτει γέγονε κατακλυσμός ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Αἰθιοπίᾳ.
 πάλιν εἰδωλομανοῦντα τὸν Ἰσραήλ παρέδωκε κύριος ἐν χειρὶ Ἰα-
 βεῖμ βασιλέως Χαναὰν ἔτη κ'. μετὰ ταῦτα Δεβόρρα προφήτις, 20
 γυνὴ Ἀφειδώφ φυλῆς Ἐφραΐμ, ἔκρινε τὸν Ἰσραήλ. διὰ ταύτης
 ἠγήσατο Βαράκ, υἱὸς Ἀβινοεὶμ ἐκ φυλῆς Νεφθαλίμ, τῆς κατὰ

5 βοηθούτων codex Regius 1713: βοηθοῦντες P 8 τῆς om
 ille codex (R) 12 ὁ add R Αἰγλῶμ R 17 κζ'] πζ' R
 20 Δεβόρα R

est. eo tempore Iudices populo Israelico praefuerunt, quos propter Graecorum historias denuo commemorare placuit.

Iudicum Ebraeorum tempora cum Graecis collata. Mortuo Iosua Iudae et Simeonis tribus mutua auxilia iunxerunt. primus populo dux fuisse narratur Calebus, annos 30. inde populus simulacris divinum exhibendo cultum meruit, ut Chusarthomo Syriae, quae est Mesopotamia, regi servitutum serviret annos octodecim. cum autem se ad deum populum convertisset, is eis primum iudicem excitavit Gothonielum, Calebi fratrem, natu minorem. is populum 40 annos gubernavit. huius tempore diluvium Deucalionium in Graecia fuit. rursus peccatis populus deum irritans ab eo in potestatem Egioni Moabico regi traditus est, anno mundi 3942, is eisque servivit annos 18. resipiscentem populeum deus postea in libertatem asseruit ambidextri Aodi opera. is 80 annos populum gubernavit. anno eius 27 Atticae rex Cecrops exstitit. anno septuagesimo septimo diluvium fuit in Thessalia et Aethiopia. rursus ficticiorum deorum cultu insaniente populo, concessit deus ut is per viginti annos a Iabimo rege Chanaanico opprimeretur. post Debora fatidica mulier, uxor Apheidothi de tribu Ephraimica, Israelico populo praefuit. hac duce Barachus Abinoemi filius tribu Nephthalimicus cum

Σισάρρα μάχης τοῦ ἀρχιστρατήγου Ἰαβείμ, καὶ ἐκράτησε πάσης C
 τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ ὁ Σισάρρα τοῖς ποσὶ διαφυγὼν
 ὑπὸ Ἰαήλ γυναικὸς Χάμερ τοῦ Κινναλου ἀναιρεῖται, πισσάλω
 κατὰ τῆς γνάθου διαπαρεῖς. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Κάδμος
 5 ἐν Θήβαις ἐβασίλευσε. μετὰ δὲ τὴν Δεβόρρας τελευτὴν ἐξήμαρτε
 πάλιν ὁ λαός, καὶ παρεδόθη τοῖς Μαδιθαλοῖς ἔτη ζ'. Γεδεὼν
 δὲ αὐτοῖς ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, θελοῖς σημεῖοις τῆς νίκης κομισά-
 μενος τὴν πίστιν, ἐπινύσταται, καὶ ἐν τοῖς ἀνδράσι τοῖς λάψασι
 καθὼς κύνων τῶν ἰβ' μυριάδας διαχειρισάμενος ἤρξε τοῦ λαοῦ
 10 ἔτη μ'. Ἀβιμέλεχ τούτου υἱὸς ἔτη γ', Θόλα ἔτη κγ', Ἰαεὶρ ὁ D
 Γαλιαδίτης ἔτη κβ'. μετὰ τοῦτο ἐξήμαρτεν ὁ λαός, καὶ παρε-
 δόθη τοῖς Ἀμανίταις ἔτη ιη'. ἔπειτα τὴν πρὸς θεὸν ποιησάμενος
 ἐπύνοδον σώζονται διὰ τοῦ Ἰεφθάε τοῦ Γαλιαδίτου ἔτη ε'. μετὰ
 τοῦτον Ἔσσεβὼν ἔτη ζ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τὸ Ἴλιον
 15 ἐκτίσθη καὶ ἡ Τροία, καὶ Ἀσκληπίδης τὴν Ιατρικὴν ἐπιστήμην
 μετήει. Ἐγλὼν ὁ Βαβυλωνίτης ἔτη ι'. Ἀβδὼν υἱὸς Σελεῖμ ὁ
 Μαραθωνίτης, ὃς ἦν πατὴρ παιδῶν μ' καὶ ἐγγόνων λ', ἔκρινε
 τὸν Ἰσραὴλ ἔτη η'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ὀρφεὺς ὁ Θράξ
 ὁ λυρικός καὶ ποιητῶν ἀπάντων ἐπισημύτατος παρ' Ἑλλήσιν ἐγνω-
 20 ρήζετο, ὃς ἐν ποιητικαῖς στίχοις περὶ στοιχείων ποιήσεως καὶ ἀν- P 84
 θρώπου γενέσεως, καὶ φωτὸς ἐξ αἰθέρος ἔλλαμψιν φιλοσοφῶν,

1 Σισάρα R 3 ἀνηρέθη R 9 τῶν] τῶν ἐχθρῶν forte.
 margo P 10 τούτου] καὶ ὁ τούτου R θάλα R 14 ἐσε-
 βῶν R 16 ι' margo P, ε' R

Sisera copiarum Iabimi imperatore pugnam commisit, totumque eius exercitum fudit. ipse Sisera pedes fugiens a Iaela uxore Coschameri Cinnaci interfectus est, mala clavo transadacta. ea tempestate Cadmus Thebis regnavit. secundum Deborah mortem rursus deliquit populus, Madianitisque vexandus per septem annos divinitus est exhibitus. eos Gedeon tribu Manassaeus, victoriae fiducia signis a deo datis confirmata, cum manu virorum qui canum more aquam lambendo hausissent adortus est, ac extinctis eorum 120 milibus populi per quadraginta annos dux fuit. post hunc Abimelecus filius eius, annos 3, Tholus 23, Iairus Galaadites 22. inde ob sua peccata populus Ammonitis deditus est, ab eoque 18 annos divexatus. cum autem ad deum revertisset, per Iophtham Galaaditam is eos liberavit. princeps populi fuit hic annos 6. post hunc Essebbon 7. eo fere tempore Troia et Ilium conduntur, et Aesculapius artem medicam constituit. Eglon Zabulonius annos 10. Abdon Selemi filius Pharathonites, cui quadraginta fuerunt filii, nepotes triginta, Israelicum populum rexit annos 8. hoc tempore apud Graecos innotuit Orpheus Thrax, lyricus omniumque poetarum celeberrimus. is in poematibus suis plurimos versus posuit de elementorum ortu itemque hominis nativitate, lucis ex aethere effusione philo-

ἀρχάς τε ἀσωμάτων καὶ ἔξουσίας, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα πάντα, γῆν καὶ θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὄρατά τε καὶ ἀόρατα πάντα ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὄλων γενέσθαι, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ πλασθῆναι ἐκ γῆς καὶ ψυχὴν ὑπ' αὐτοῦ λογικὴν λαβεῖν, εἰς μίαν δὲ δύναμιν καὶ ἐν κράτος ὅς θεότητος ἀνάγεσθαι τὰ πάντα θεολογεῖ, ὅς ἔστιν ὁ ὢν Θεός, ὃν **B** οὐδείς ὄρα. τρία δέ, φησίν, δνόματα, βουλή φῶς ζωή, ἐν αὐτῷ, ὀλλίου δεῖν συμφώνως τῇ ἀληθείᾳ τῇ καθ' ἡμῶς περὶ τε Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος ἀποφθεγγόμενος Ὁραφύς. λυρωδὸς δὲ καὶ κιθαρωδὸς ὁμνεῖται, πῶσαν κατακλιῶν καὶ θέλων ψυχῆν. **10** καὶ τὰ λοιπὰ προεγράψησαν.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Μαρσύαν φιλόσοφον λέγουσι γενέσθαι, ὅς ἔξευρε διὰ μουσικῆς αἰλούς ἀπὸ καλάμων, καὶ ἀπενοεῖτο ὑπὸ θεῶν ἑαυτὸν καὶ λέγων ἀνθρώποις εὐρηκέναι διὰ τοῦ μέλους τῶν καλάμων τροφήν. τούτον παραφρονήσαντα **15** **C** ῥῆναι λέγεται ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμόν, ὅθεν καὶ ὁ ποταμὸς Μαρσύας ὠνομάσθη· ἀπὸ Κολχίδος δὲ οὗτος ὤρμητο.

Πάλιν ὁ λαὸς προσπταίσας ἐκδέδοται ἀλλοφύλοις ἔτη μ'. ἐπιστρέψαντος δὲ αὐτοῦ πρὸς θεὸν ἀνίστησι τὸν Σαμψὼν τὸν τοῦ Μανωῆ υἱόν, ἐκ φυλῆς Δάν, ὅστις καταπολεμήσας τοὺς ἄλλο- **20** φύλους ἄρχει ἔτη κ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἡρακλῆς ἔγνω-

7 ἀντὶ R
θίλειν R

10 ὅμν. ὡς ταῖς ἡδυσκειαῖς πᾶσαν κατακλιεῖν καὶ
17 ὄρμητο R, ὤρμηται P

sophatus; item de principiis incorporeis, de potestatibus, de sole et luna sideribusque universis, terra mari atque omnibus quae in his sunt, sive videri ea queant seu visum fugiant, omnia haec ab universi conditore effecta docens. ab eodem hominum genus ex terra effectum animaque rationis compote praeditum; tum omnia ad unum divinae naturae imperium atque vim referri, nempe ad verum deum, quem nemo videt; cui tria sunt nomina, consilium lumen et vita in ipso. ita sapientissimus Orpheus propemodum veritati, quam nos profitemur, consentanea de deo et hominibus pronuntiavit. lyricus et citharoedus fuisse praedicatur, quae suavitate sermonis quamvis oblectet atque demulceat animam. reliqua supra rettulimus.

Eodem tempore Marsyam quoque philosophum fuisse narrant, qui arte musica invenit fistularum ex calamis confectionem, atque ad insaniam prolapsus dei sibi nomen arrogavit, dicens se alimenta hominibus carmine fistularum reperperisse; ferturque mente captus sese in fluvium abiecisse, cui Marsyae nomen inde factum: is ex Colchide venit.

Ceterum populum cum rursus deum offendisset, ab eo barbaris per 40 annos deditus est. conversis ad se deus Samsonem Manoae F. praefecit, tribu Danicum. is devictis barbaris populo annos 20 praefuit. ea

ριζετο ὁ τοὺς δεκαδύο ἄθλους διανύσας. Σαμανῆ ἠγήσατο τοῦ
 λαοῦ ἔτος α'. ἀναρχίας γεγονίας κατὰ τὰς Ἑβραϊκὰς παραδό-
 σεις, καὶ ἔπραττεν ἕκαστος ὅπερ ἤθούλετο, οἷα εἰκὸς ἐν ἀναρχίᾳ
 γίνεσθαι, ἔτη μ', εἰρήνην ἔσχεν ὁ λαὸς πρὸς τοὺς ἄλλοφύλους
 5 ἔτη λ' Σαμανῆ ἠγουμένου. καὶ Ἥλει ὁ ἱερεὺς ἤρξε τοῦ λαοῦ
 ἔτη κ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ὁ Ἰλιακὸς πόλεμος ἐγένετο D
 ἔτη δέκα, καὶ τὸ Ἰλιον ἦλω. Σαμουὴλ διαδεξάμενος τοῦ Ἥλει
 τὴν ἱερατεῖαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν κρατεῖ τοῦ λαοῦ. φασὶ δὲ αὐτὸν
 δεκαδύο ἐτῶν εἶναι, ὅτε πρῶτον αὐτῷ ἐφάνη λαλήσας ὁ Θεός· οἷς
 10 ἡ κιβωτὸς ἐν τῷ Ἀμιναδάμ οἴκῳ διέτριψε. καὶ βυσιλέως χρι-
 σθέντος ἦν ἀντικαμβανόμενος ὁ Ἥλει ἔτη ο'. γίνεται τοίνυν ἀπὸ
 τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ ἐπὶ τὴν τελευτὴν Σαμουὴλ ἔτη χ', ἀπὸ δὲ Νῶε
 καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βρηκ', ἀπὸ Ἀδάμ ἔτη δτπβ'. ὁ μὲν
 Σαμουὴλ ἤδη γεγηρακῶς καὶ τοῦ λαοῦ ὀκηροτέρως ποιούμενος
 15 τὴν ἐποσίαν, τῶν τε παιδῶν αὐτοῦ δῶροις αἰεὶ τὸ δίκαιον προἰε- P 85
 μένων, χρεῖ βασιλέα, τοῦ λαοῦ μὲν καταναγκάζοντος, τοῦ Θεοῦ
 δὲ συγχωρήσαντος, τὸν Σαουλ εὐδὸν Κίς, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν.
 οὗτος συνεισχύοντος τοῦ Σαμουὴλ βασιλεῦσι ἔτη κ', ἐφ' ἑαυτοῦ
 δὲ ἔτη κ'. προεφῆτευσε δὲ ἐπ' αὐτοῦ ἕμα καὶ ἱεράτευσε Σαμουὴλ.
 20 Ἀβενῆρ δὲ ὁ τοῦ Νῆρ τῆς στρατιᾶς ἀφηγείτο. τοῦ δὲ Σαουλ
 προσπαίσαντος τῷ Θεῷ πολλάκις, μειζρόνως δὲ διὰ τὴν παρύβασιν
 τῆς αὐτοῦ προστάξεως, περιποιησαμένου τὸν Ἄγαγ βασιλέα

5 καὶ add R 10 ἀμιναδάβ R 15 αὐτῷ R τοῦ δι-
 καιου προιεμένων τὴν κρίσιν R

tempestate Hercules innotuit, is qui duodecim aerumnas toleravit. Sa-
 manes populum rexit annum unum. cum, ut est ab Ebraeis traditum,
 magistratu populus vacaret, ac suo quivis arbitrio ageret, sicut in in-
 terregno fieri assolet, per annos 40, pacata a barbaris populo omnia
 fuerunt per annos 30, Samane duce. Elis sacerdos 20 annos populum
 gubernavit. huius aetate bellum Troianum decennale gestum est ac
 Ilium captum. Eli Samuelus successit in sacerdotio et populi guberna-
 tione. hunc tradunt duodecim annorum fuisse, cum primum ei deus
 apparuit atque ipsum affatus est: quibus arca in domo Aminadami com-
 memorata fuit. et rege uncto apprehendebat Elis annos 70. proinde flu-
 xerunt ab obitu Iosuae usque ad Samueli mortem anni 610, a Noa et
 diluvio 2120, ab Adamo 4382. enimvero Samuelus, cum ipse ob se-
 nectam aetatem segnitas populi negotia obiret, et filii eius donis se cor-
 rumpi passi ab aequitate identidem deflecterent, populo cogente ac per-
 missu dei regem populo unctione designat Saulum Kisi F. tribu Benia-
 minicum. is Samuele auxiliante regnum per viginti annos totidemque
 solus gessit. Samuelus eo regnante et vaticinatus est et sacerdotio fun-
 ctus. Abnerus Neri filius exercitui praefuit. cum autem Saulus deum
 saepe numero offendisset, ac maxime quod contra eius praecipitum Ama-

² *Αμαληκιτῶν*, ἤκουσε παρὰ τοῦ προφήτου “μεμεταλώσει σοι, ὅτι οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολὴν ἣν ἐνετείλατό σοι κύριος. ἤτοιμασε **B** γὰρ ἂν τὴν βασιλείαν σου ἕως αἰῶνος ἐπὶ Ἰσραὴλ. καὶ νῦν οὐ στήσεται ἡ βασιλεία σου, ἀλλὰ ζητήσῃ κύριος ἄνθρωπον κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ.” μετὰ δὲ 5 ταῦτα χρίσαντος τὸν *Δαβὶδ* τοῦ *Σαμουὴλ*, εἶτα γηράσαντος καὶ τελευτήσαντος, προσέθετο μᾶλλον ὁ *Σαουλ* παροργίζῃν τὸν κύριον. ὅθεν καὶ πνεῦμα κυρίου ἀπέστη ἀπ’ αὐτοῦ, καὶ ἐπνεῖεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρὸν. οὐ χάριν καὶ ὁ *Δαβὶδ* ἄγεται πρὸς αὐτόν, εἰς παρηγορίαν ψάλλον διὰ τῆς κινύρας, καὶ ἀφίσταται **10** ἀπ’ αὐτοῦ τὸ πονηρὸν πνεῦμα. ἀλλ’ οὖν γε πατάξας ὁ *Δαβὶδ* τὸν ἀλλόφυλον *Γολιάθ*, ὃς ἦν ἡλικίᾳ πηχῶν τεσσάρων καὶ σπι- **C** θαμῆς τὸ ὕψος, καὶ περικεφαλαίαν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ θώρακα ἄλυσιδωτὸν πέντε χιλιᾶδων σίκλων χαλκοῦ καὶ σιδήρου, καὶ κνημίδας χαλκῆς ἐπὶ τὰ σκέλη αὐτοῦ, καὶ τὸ ξύλον τοῦ **15** δόρατος αὐτοῦ ὡς ἀντίον ὑφαινότων, καὶ ἡ ἐπ’ αὐτὸ λόγχη ἑξακοσίων σίκλων σιδήρου, καὶ ἀσπίς χαλκῆ ἀνὰ μέσον τῶν ὤμων αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ἐπιγαμβρευθεὶς τῷ *Σαουλ*, καὶ φθονηθεὶς προφάσει τῶν χορευτριῶν, ἀποδιδράσκει ἀπ’ αὐτοῦ, ὅτε καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προσθέσεως ἔφαγε, καὶ τοὺς τριακοσίους πενήκοντα **20** ἰερεῖς ἀνείλε *Σαουλ*, καὶ πῦσαν τὴν πόλιν ἐπάταξε *Νομβῦν* ἐν *ρομφαίᾳ* ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ οὐχ ὑπελείφθη ἕξ αὐ-

1 ὁ προφήτης τὰδε πρὸς αὐτὸν ἔειπε **R**
 ἂν **R** 16 μεσάντιον margo **P**

2 καὶ ἠτόμασεν

lecitarum regem Agagum incolumem servasset, ita est a vate compellatus (1 Sam. 15) “actum est de te, propterea quod mandatum dei violasti. absque enim hoc esset, regnum tuum in Israelicam gentem fuerat deus perenne facturum. nunc id non consistet: sed quaeret deus hominem ex animi sui sententia factum, quem suo populo praeponat.” secundum haec cum Samuelus unctione Davidum regno destinasset senioreque confectus diem suum obivisset, perrexit Saulus etiam amplius deum irritare. itaque et a dei spiritu desertus est et a maligno spiritu premi coepit. eam ob rem Davidus ad eum adductus est, qui fidibus ludens ab eo malum genium abigeret ipsumque recrearet. idem Davidus Goliathum barbarum interfecit, altum cubitos quattuor ac spithamam, casside caput armatum, corpus lorica hamata, cuius aes et ferrum appendebat 2 s. unciarum millia, crura creis aereis tectum, gestantem hastile instar liciatorii textoris, cuius cuspis unciarum trecentarum ferrea, humerisque aeream aspidem ferentem. ob id facinus a Saulo gener adscitus, oborta praetextu choreas ducentium muliercularum cantilenae invidia, a socero profugit. ea tempestate et panes sacros comedit et 350 sacerdotes Saulus trucidavit, urbemque Nobam ferro vastavit, omnis et hominibus et pecudibus interfectis, solo Abiathre Abimelechii filio

τῶν εἰ μὴ Ἀβιάδαρ υἱὸς Ἀβιμέλεχ, φυγῶν πρὸς Δαβίδ. αὕτη D
 τοῦ Σαουλ ἡ μισηφονία πάντων τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων δυσσε-
 βεστέρα. καὶ τὸν μὲν Ἀγαγ διέσωσε, καὶ πάντα ὅσα ἦν ἀξιο-
 κτητα· τοῦ δὲ θυμοῦ κεινηκότος τοὺς τριακοσίους πενήκοντα
 5 ἑρεῖς καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν αὐτανδρον διέφθειρε. πολλάκις δὲ
 καταδιώκων τὸν πρῶτατον Δαβίδ ὁ ἀπανθρωπότατος Σαουλ εἰς
 χεῖρας Δαβίδ ἄπαξ καὶ δις ἐμπέπτωκε. μὴ ἀνταποδιδὸς δὲ ὁ
 Δαβίδ αὐτῷ κακὸν ἀντὶ κακοῦ μᾶλλον ἔλεγε πρὸς αὐτόν "ἴνα τί
 καταδιώκεις βασιλεῦ λαβεῖν τὴν ψυχὴν μου; δικῶσαι κύριος μέσον
 10 ἡμῶν." καὶ ὁ μὲν οἶκος Δαβίδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, ὁ δὲ P 86
 οἶκος Σαουλ ἐπορεύετο καὶ ἤσθενει. καὶ ἀπέθανε Σαουλ ἐν ταῖς
 ἀνομίαις αὐτοῦ, τοξευθεὶς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων εἰς τὰ ἵποχόνδρια·
 καὶ μὴ ὑποθνήσκων αὐτὸς γέγονεν αὐτοφονευτής, ἐπιπεσὼν ἐπὶ
 τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, μὴ πως ἐμπαλῆσιν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι.

15 Μετὰ δὲ Σαουλ ἐβασίλευσε Δαβίδ ἔτη τεσσαράκοντα, ὃς
 ἐποίησε τὰ θελήματα τοῦ θεοῦ πάντα, κατὰ τὸ εἰρημένον "ἔδρον
 τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ Δαβίδ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει
 πάντα τὰ θελήματά μου." καὶ ἐπορεύετο Δαβίδ πορευόμενος
 καὶ μεγαλυνόμενος, καὶ κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ. εἶχε
 20 δὲ καὶ δυνατοὺς ἄνδρας τριακονταεπτά τοιοῦτους ὥστε τὸν μικρὸν B
 αὐτῶν ποιεῖν πρὸς ἑκατόν, τὸν δὲ μέγαν πρὸς χίλους. ἐξ ὧν
 ἴσθι τὰ ὄνματα ταῦτα. Σεβοχᾶ· οὗτος ἐπάταξε τὸν Σέφ τὸν
 τοῦ Ῥαφᾶ, ἀπόγονον τῶν γιγάντων. Ἐλεανῶν· οὗτος ἀνείλεν
 ἄνδρά δυνατὸν Χετταῖον, οὗ ἦν τὸ ξύλον τοῦ δόρατος ὡς ἀντίον

superstite, qui fuga ad Davidum evaserat. id parricidium Sauli omnia flagitia impietate superavit. quippe qui Agago et rebus omnibus pretiosius percussisset, is ira permotus 350 sacerdotes urbemque eorum cum omnibus mortalibus delevit. enimvero inhumanissimus Saulus lenissimum Davidum crebro persequens semel atque iterum in eius manus incidit. tantum autem a reponendo maleficio absuit Davidus, ut regem potius ita alloqueretur "cur, o rex, vitae meae insidiaris? disceptat deus causam nostram." ac Davidi quidem domus paulatim crevit, Sauli familia marcescente. tandem Saulus in suis iniquitatibus immortalis est, a barbaris sagitta in ilia confixus; quod vulnus cum mortem non accelerasset, ipse sibi necem conscivit gladio suo incumbens, ne a barbaris per ludibrium haberetur.

Post Saulum Davidus regno per 40 annos functus est, et in omnibus factis dei voluntati paruit, sicuti scriptum est "inveni filium Isai Davidum, virum ex animi mei sententia: is voluntatem meam in omnibus exsequetur." adfuit ergo omnipotens Davido, isque rebus secundis auctus est. habuit potentes viros triginta septem, quorum minimus centum viris, maximus mille viris compararetur. ex his fuit Sebochas, qui Sephum Raphae filium percussit de gigantibus prognatum; Eleanas, qui Chettacum virum robustum stravit, cuius hostile erat licia-

ἐφαιρόντων. Ἰωνάθαν· οὗτος ἐφόρευσεν ἄνδρα δυνατὸν καὶ
 παμμεγέθη, ἔχοντα ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀνὰ δακτύλους
 ἕξ. Ἀδίνων· οὗτος ἐσπάσατο τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ ἐπὶ ὀκτακο-
 σίων στρατιωτῶν εἰς μίαν παρεμβολήν. Ἰεσεβαδῦ· οὗτος ἐσπά-
 σατο τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐν καιρῷ ἐνὶ ἐπὶ τρουμματιῶν τριακο-
 C σίων. Μαρά· οὗτος τῶν ἄλλοφύλων ἐπελθόντων καὶ βουλομέ-
 νων ἄρπάσαι τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ πλήρη οὖσαν φακῆς, καὶ τοῦ
 λαοῦ φυγόντος, μόνος ἔστη, καὶ τοὺς μὲν ἄλλοφύλους ἐδίωξε,
 τὴν δὲ μερίδα τοῦ ἀγροῦ ἐφύλαξεν. Ἐλεάζαρ· οὗτος μερίδος
 οὖσης κριθῶν, καὶ τῶν ἄλλοφύλων ἐπελθόντων, καὶ τοῦ λαοῦ 10
 φυγόντος, μόνος ἐστηλώθη, καὶ τοὺς μὲν ἄλλοφύλους ἔτρεψε,
 τὴν δὲ κριθὴν δίσωσε· τοσοῦτους γὰρ ἐπάταξεν ἐν τοῖς ἄλλοφύ-
 λοις, ἕως ἢ χεὶρ αὐτοῦ κοπιήσασα προσεκολλήθη τῇ μάχαιρα,
 καὶ ὁ λαὸς ἐπέστρεψεν ὀπίσω αὐτοῦ εἰς τὸ σκυλεύειν. Μαναιὺς·
 οὗτος πολλὰ μὲν ἐποίησεν ἔργα, ἐπάταξε δὲ καὶ τοὺς νιὸς Ἀριήλ 15
 D τοῦ Μωάβ, καὶ καταβὰς ἐν ἡμέραις χιόνος εἰς λάκκον ἐφόρευσε
 λέοντα. ἀνέειλε δὲ καὶ ἄνδρα Αἰγύπτιον ἐπτάπηχυν, ἔχοντα ξύ-
 λον διαβύθρας ὡς δόρυ· ἄρπάσας γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ξύλον ἐν
 αὐτῷ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ἀβεσαῦ ὁ ἀδελφὸς Ἰωάβ· οὗτος ἐπά-
 ταξεν ἄνδρας ἑξακοσίους καὶ τὸν Ἰεσβὰν θέλοντα φονεῦσαι τὸν 20
 Δαβὶδ (ἦν δὲ ὁ Ἰεσβὰν ἔκγονος τοῦ Ραφάν), δόρυ ἔχοντα
 σταθμοῦ σίκλων τριακοσίων. ἦνικα δὲ ἔτρεχεν ὁ Ἀβεσαῦ, ἦν ὡς
 δορκὰς ἐν τοῖς ὄρεσι. τρεῖς δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν δυνατοί, περι-
 κυκλωσάντων ποτὲ τῶν ἄλλοφύλων τὴν Βηθλέεμ καὶ τοῦ Δαβὶδ

14 Βαναίας margo P

torii textoris aequale; Ionathas, qui virum ingenti robore ac mole cor-
 poris deiecit, senis pedum ac manuum digitis praeditum; Adinon, qui
 uno paelio gladium contra octingentos viros strinxit; Iesebadas, qui
 una pugna trecentos sauciavit; Maras, qui barbaris irruentibus agrique
 portionem lente consitam diripere conantibus, cum fugeret populus,
 solus ipse substitit barbarisque in fugam actis agrum defendit; Eleazar,
 qui messae hordei inita, cum barbarorum adventu populus fugisset,
 unicus substitit et hordeum tutatus est profligatis barbaris, quorum
 tantam edidit stragem, ut manus eius defatigata gladio adhaeserit,
 reversusque est populus ad legenda spolia; Banaias, cuius multa fuerunt
 facinora. filios Arielis Moabici iste percussit, et Iesbam, qui Davido caedem intenta-
 bat. fuit is Iesbas ex posteris Raphae, cuius cuspis 150 uncias appen-
 debat. cum Abisaius curreret, similis erat capreae montanae. cum au-
 tem quodam tempore barbari Bethlehemam obsidione cinxissent, ac

ἐπιθυμήσαντος πιεῖν ἐκ τοῦ ἐν Βηθλεὲμ φρέατος, διέρρηξαν οἱ
 τρεῖς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἤνεγκαν τῷ Δαβὶδ P 87
 ὕδωρ ἀπὸ τοῦ φρέατος. ὁ δὲ θαυμάσας τὴν ἀνδρίαν αὐτῶν οὐκ
 ἔπιε τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἔσπεισεν αὐτὸ τῷ κυρίῳ, λέγων "ἰλεώς μοι,
 5 κύριε, εἰ αἷμα ἀνθρώπων πορευθέντων ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν
 πίωμαι." ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ αὐτῶν ὑπῆρχον ἄνδρες ἀκτι-
 αγώνιστοι καὶ φοβερῶτατοι τοῖς ἐναντίοις, θυρεοὺς ἔχοντες καὶ
 δόρατα μέγιστα, καὶ κοῦφοι τοῖς ποσὶν ὡς δορκάδες ἐπὶ τῶν
 ὀρέων, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα λέοντων. τῶν δὲ γε
 10 πολεμιστῶν τοῦ κοινοῦ λαοῦ οὓς εἶχεν ὁ Δαβὶδ, ἦν ἀριθμὸς μυ-
 ριάδες σλδ', καθὼς ἠριθμήθησαν ὑπὸ Ἰωάβ τοῦ ἀρχιστρατήγου.
 φησὶ γάρ "καὶ προσέθετο ὀργῇ κύριος ἐκκαῖναι ἐν Ἰσραὴλ, καὶ B
 ἐπέσειε τὸν Δαβὶδ ἐν αὐτοῖς λέγων 'πορεύθητι καὶ ἀριθμήσον τὸν
 Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν.' καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἰωάβ τὸν
 15 ἄρχοντα τῆς ἰσχύος τὸν μετ' αὐτοῦ 'ἐπίσκεψαι τὸν λαόν, καὶ
 γώσομαι τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ.' καὶ εἶπεν Ἰωάβ 'προσθήη κύριος
 ὁ θεὸς πρὸς τὸν λαόν σου· καὶ ἵνα τί ὁ κύριός μου βούλεται ἐν
 τῷ λόγῳ τούτῳ;' καὶ ὑπερίσχυσεν ὁ λόγος τοῦ βασιλέως, καὶ
 ἀπῆλθεν Ἰωάβ καὶ ἐπεσκέψατο τὸν λαόν. καὶ ἦν πῦς Ἰσραὴλ
 20 χίλιαι χιλιάδες καὶ ἑκατὸν χιλιάδες ἀνδρῶν ἑσπασμένων ῥομφαίαν,
 καὶ Ἰούδας χιλιάδες τετρακόσκιαι ὀγδοήκοντα ἀνδρῶν ἑσπασμένων
 μάχαιραν. τὸν δὲ Λεβὶ καὶ τὸν Βενιαμὶν οὐκ ἠρίθμησεν, ὅτι C
 προσώχθισεν ὁ λόγος τοῦ βασιλέως τὸν Ἰωάβ, καὶ ποτηρὸν ἐφάγη

7 αἴροντες margo P

Davidus potum aquae de fonte Bethlehemiensi desideraret, tres viri de
 reliquis potentibus castra barbarorum perruperunt, regi que suo aquam
 de illo fonte attulerunt. Davidus eorum fortitudinem admiratus non
 bibit aquam, sed domino eam libavit, ita fatus "propitius mihi sis,
 domine: non bibam sanguinem virorum, qui vitae suae periculo eam
 attulere aquam." itidem et reliqui eorum insuperabiles erant, summo-
 que hostibus terrori, scutis armati et hastis praegrandibus, cursuque
 inстар montanarum caprearum veloces, ac vultu leonino praediti. cete-
 rum numerus militum quos de populo Davidus habebat, fuit 2340 milia,
 quem quidem Iobab exercitus princeps concepit. ita enim scriptum
 est (2 Sam. ult.) "porro autem ira domini adversus Israelicum populum
 exarsit; isque Davidum incitavit ut mitteret qui Israelicum ac Iudaicum
 populum numerarent. mandavit ergo rex Iobabo suarum copiarum summo
 duci, ut populum perlustraret sibi que eius numerum indicaret. Iobab
 tametsi, incrementum populi regi precatus, causaretur sibi mirum vi-
 deri cur rex hoc fieri vellet, tamen regis mandato praevalente abiit po-
 pulumque perlustravit. iuventa sunt Israelici populi 1100 milia virorum
 gladium stringentium, et Iudaici 480 milia. Levis et Beniamini tribus
 recensae non sunt: offenderat enim regis sermo Iobabum. displicuit au-

ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. καὶ ἐπάταξε καρδία Δαβὶδ αὐτὸν ἐν τῷ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· καὶ ἀπέστειλε κύριος Γὰδ τὸν προφήτην πρὸς Δαβὶδ, καὶ εἶπε· 'τάδε λέγει κύριος· ἐκλέξαι σεαυτῷ γενέσθαι σοι ἢ τρία ἔτη λιμὸν ἐν τῇ γῆ σου, ἢ μῆνας τρεῖς φεύγειν σε ἐκ τῶν ἐχθρῶν σου ἔμπροσθεν, ἢ τρεῖς ἡμέρας θάνατον ἐν τῇ γῆ σου.' 5 καὶ εἶπε Δαβὶδ πρὸς Γὰδ· 'στενά μοι σφόδρα πάντοθεν ἐστί· πλὴν ἐμπεισοῦμαι εἰς χεῖρας κυρίου, ὅτι πολλοὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ. εἰς δὲ χεῖρας ἀνθρώπων οὐ μὴ ἐμπέσω.' καὶ ἐξελέξατο

D Δαβὶδ τὸν θάνατον. καὶ ἡμέρα θέρους πυρῶν, καὶ ἔδωκε κύριος θάνατον ἐν Ἰσραὴλ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἀρίστου, καὶ ἀπέθανον ἐκ 10 τοῦ λαοῦ χιλιάδες ἑβδομήκοντα. καὶ ἐξέτεινεν ὁ ἄγγελος Θεοῦ τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ διαφθεῖραι ἐν αὐτῇ. καὶ εἶπεν Δαβὶδ πρὸς τὸν Θεόν· 'ἰδοὺ ἐγὼ ἡμάρτηκα, καὶ ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ κακοποιήσας, καὶ τὰ πρόβατα τί ἐποίησαν; γενέσθω δὲ ἡ χεὶρ σου ἐν ἐμοί, κύριε, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου.' καὶ 15 παρακληθεὶς ὁ κύριος εἶπε πρὸς τὸν ἄγγελον· 'ἄνεσ τὴν χεῖρά σου.' καὶ ἠκοδομήσεν ἐκεῖ Δαβὶδ θυσιαστήριον, καὶ ἀνήγαγεν εὐθὺς ὀλοκαυτώσεις. καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ κύριος, καὶ συνεσχέθη ἡ

P 88 θραῦσις τοῦ λαοῦ." ταῦτα δέ, φησι Θεοδώρητος, οὐκ ἀπεικὸς συμβέβηκεν, ἀλλ' οἰκείας παρανομίας ἔτισε δίκας ὁ λαὸς διὰ προ- 20 φάσεως· καταλιπὼν γὰρ τὸν εὐσεβῆ καὶ Θεῖον βασιλεῖα τυράννη καὶ πατραλοῖα παιδί συνεστράτευσεν. οὕτω δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ Σαουλ εἰς τοὺς Γαβωνίτας ἀναίρεσιν ἐπαιδεύθησαν διὰ λιμοῦ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν. ὁ μὲν γὰρ λαὸς ἕπας καὶ Ἰησοῦς ὁ

tem deo id factum, et cor Davidi tremuit instituta ea dinumeratione. dominus ergo vatem Gadum ad Davidum misit, qui ei suis verbis indicaret optionem ipsi dari liberam: vel penuriam triennem regni, vel trium mensium fugam insequentibus hostibus, vel pestem trium dierum in regno suo deligeret. respondit rex se in tantis angustiis versantem malle in dei, cuius multiplex esset misericordia, quam in hominum manus incidere: proinde pestilentiam praeferre. ergo cum triticea messis esset, luem deus Israelico populo immisit; ac perierunt ab aurora usque ad prandii horam 70 hominum milia. iamque etiam ad Ierusalemam angelus manum extendebat, ut in ea stragem ederet. ibi Davidus dominum interpellavit, suam esse culpam, se pastorem populi deliquisse, nullum esse ovium maleficium: se ergo deus et paternam Davidi familiam potius affligeret. exoratus deus angelo mandavit ut manum suam retraheret. ibique Davidus aram exstruxit et solidum deo sacrificium obtulit; atque deo precibus annuente cessavit clades populi. haec, inquit Theodoretus, non abs re ita evenerunt: verum ea occasione populus sui peccati poenas dedit, quod pio ac divinitus constituto rege derelicto castra tyranni ac patri suo necem struentis secutus erat. sic etiam a morte Sauli famas eos castigavit ob interfectos a Saulo Gabonitas. etenim et Iosua et universus populus pactum iterant cum

τοῦ Ναυῆ πεποίηκε τὰς πρὸς τοὺς Γαβαωνίτας συνθήκας, ἐκοι-
 νῶνῃσε δὲ τῶν ὄρκων καὶ Ἐλεάζαρ ὁ ἀρχιερεὺς. ἔδει τοίνυν τοὺς
 ἀπογόνους τῶν ὁμωμοκόντων μὴ παραβῆναι τὸν ὄρκον. φησὶ γὰρ
 πρὸς αὐτοὺς Ἰησοὺς μετὰ τὴν φανέρωσιν τῆς πανουργίας αὐτῶν
 5 "καὶ νῦν ἐπικατάρατοι ἔσθε. οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐξ ὑμῶν δούλος, οὐδὲ Β
 ξυλοκόπος καὶ ὑδροφόρος ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ μου. διὰ τοῦτο ἐγέ-
 νοντο ξυλοκόποι καὶ ὑδροφόροι τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θεοῦ καὶ
 πάσῃ τῇ συναγωγῇ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης." ἐπεὶ οὖν ταῦτα
 παρελόγισαντο, διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευταίαν ὑπέστη-
 10 σαν τὴν διὰ τοῦ λιμοῦ παιδείαν. διδάσκει γοῦν ἡμᾶς ὁ λόγος μὴ
 παραβαίνειν τὰς μεθ' ὄρκων συνθήκας ἐπὶ θεοῦ γινόμενας, κἂν
 εἰς ἄλλων ὠφελίαν ἢ παράβασις γίνηται. ἀγνοῶν δὲ τὴν αἰτίαν
 ὁ Δαβὶδ τῆς θεηλάτου πληγῆς τοῦ λιμοῦ τὸν θεὸν ἀνηρώτα. καὶ
 μαθὼν ὡς ἕνεκα τῆς τῶν Γαβαωνιτῶν ἀδίκου ἀναιρέσεως εὐθύνας Ο
 15 εἰσπράττονται, αὐτοῖς ἐκείνοις ἐχρήσατο κριταῖς τοῖς ἡδίκημένοις,
 λέγων "τί ποιήσω ὑμῖν, καὶ ἐν τίνι ἐξιλάσομαι;" καὶ φασὶν "οὐκ
 ἔστιν ἡμῖν ἀργύριον οὐδὲ χρυσιον μετὰ Σαούλ, καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν
 θανατώσαι ἄνδρα ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ· ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ὁ διώξας καὶ
 συντελέσας ἡμᾶς, ὥσπερ ἐλόγισατο ἡμᾶς ἐξολοθρεῦσαι, ἀφανί-
 20 σωμεν αὐτὸν τοῦ μὴ ἀντικαθίστασθαι παντὶ ὄρῳ Ἰσραὴλ. καὶ
 δοθήτωσαν ἡμῖν ἄνδρες ἐπτὰ ἐκ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξιλασόμεθα
 ἐν αὐτοῖς κυρίῳ ἐν τῷ βουνῷ Σαούλ." ἐκ ἐκείνῳ τοίνυν τῷ χωρίῳ
 ἀνεσκόλοπισαν τοὺς ἄνδρας, ἐν ᾧ τὰς παρανόμους ἐτόλμησεν
 ἐκεῖνος μαιφονίας. οὗτοι δὲ ἦσαν τοῦ Σαούλ δύο μὲν υἱοὶ νό-

Gabaonitis, cuius iuramenti etiam particeps fuit Eleazarus pontifex. non debuerunt ergo posterii eorum qui iuraverant, iusiurandum violare. post detectam enim fraudem Gabaonitarum, ita Iosua eos affatus fuit: "iam nunc ergo execrationi obnoxii estis. nunquam erit ut non de vobis sit servus, lignorum sector et aquae baiulator, qui mihi et deo meo serviat." propterea destinati sunt ad findendum ligna et portandum aquam ad altare dei et toti coetui usque in hunc diem. quoniam ergo calumnia id foedus Israelici disciderunt, ideo etiam post eius mortem fame castigati sunt. haec nos oratio docet, quae interposito iuramento pacta sunt teste deo inita, violanda non esse, utcumque ea violatio aliis expediat. Davidus autem causam divinitus immissae penuriae ignorans deum consulit; ab eoque edoctus puniri populum ob iniuste necatos Gabaonitas, eos ipsos qui iniuria fuerant affecti, arbitros constituit, ac percontatus est qua se placari ratione vellent. responderunt Gabaonitae se neque aurum Sauli neque argentum eius neque ullum ex Israelico populo hominem ad necem deposcere: eius viri qui ipsos persecutus fuisset ac excindere molitus, cupere se memoriam ex Israelica gente delere; itaque septem eius stirpe natos se deposcere, his se flagitium coram domino expiaturas in colle Sanli. eo igitur in loco viros eos in crucem egerunt, in quo iniustus ille caedes ausus fuerat. erant autem,

Θοι, πέντε δὲ τῶν ὑστέρων υἱῶν αὐτοῦ. τῆς οὖν τιμωρίας γεγε-
 D νημένης Ἰλεως ὁ δεσπότης ἐγένετο καὶ ἡ γῆ τὸν ἐξ ἔθους ἔδωκε
 καρπόν.

Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν καιρῷ δειλης ἀνέστη Δαβιδ
 ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου 5
 τῶν βασιλέων, καὶ εἶδε γυναῖκα λουομένην ἀπὸ τοῦ δώματος, καὶ
 ἡ γυνὴ καλὴ τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ ἰδὼν τὸ γύναιον λουόμενον
 οὐκ ἔφυγε τὴν θεῖαν ὡς δλεθρίαν, ἀλλὰ καταθεληθεὶς τῷ τῆς
 ὥρας δελιάτι τὸ τῆς ἁμαρτίας κατέπιεν ἄγκιστρον. καὶ ἐτέρου
 τύχῃ πάθους χειρόνος, τῆς ἐπάρσεως δηλονότι, γέγονεν ἴαμα. 10
 P 89 ὅπερ δὴ καὶ αὐτὸς ὑποφαίνων ἔλεγεν “ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθη
 καὶ ἐξηγορήθη. καὶ ἐγὼ μὲν εἶπον ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ
 σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ
 ἐγενήθη τεταραγμένος. ἀλλ’ ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπεινώσας με,
 ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου.” διὰ γὰρ τῆς τοῦ υἱοῦ ἔπα- 15
 νασιάσεως δίκας ἐναργεῖς ἔτισε τοῦ τε φόνου καὶ τῆς μοιχείας
 κατὰ τὴν θεῖαν πρόρρησιν. φησὶ γάρ “τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ
 ἐγὼ ἐγειρῶ κακὰ ἐπὶ σε ἐκ τοῦ οἴκου σου” καὶ τὰ ἔξης. ὅσον
 τοίνυν θλίψις ὀνίνησι καὶ συμφορὰ καὶ μέριμνα, καὶ ἐκ ταύτης
 τῆς ἱστορίας μανθάνομεν. διωκόμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ Σαουλ ὁ θεὸς 20
 B Δαβιδ πᾶσαν κατώρθου φιλοσοφίαν, καὶ παραταττόμενος καὶ
 ταῖς φροντίσι τῶν πολλῶν ἐνασχολῶν τὴν διάνοιαν κατὰ τοὺς ἰε-
 ροῦς ἐπολιτεύετο νόμους. ἀνακωχῆς δὲ τυχῶν ὀλίγη τὸν ὄλισθον

qui crucibus affixi sunt, duo filii Sauli spurii et quinque, ex posterioribus filiis eius. eo supplicio peracto placatus est dominus, ac terra solitas fruges exhibuit.

Secundum haec quadam vespera Davidus cum de lecto suo surrexisset, deambulavit in tecto regiae, indeque mulierem lavantem proprepexit forma insigni. neque vero se ab eo spectaculo subtraxit, sed formae pulchritudine inescatus hamum peccati deglutivit. quod ei alterius, nimirum deterioris, affectus fuit remedium, videlicet animi elationis, id quod ipse innuit his verbis “ego cum fuissem elatus, depressus sum et in summas angustias redactus. atque ego quidem rebus meis secundis dixi, nullo unquam tempore labefactabor: ut primum vero tuam faciem avertisti, conturbatus fui. mihi vero conducibile fuit, abs te deprimi, ut sic tua iura discerem.” etenim rebellione filii aperte poenas cum adulterii tum homicidii persolvit, quomodo ei divinitus praedictum fuerat: “ecce ego tibi ex domo tua calamitates immittam” et cetera. iam haec quoque nos historia docet res adversas, calamitates atque sollicitudines expedire. quo enim tempore beatus Davidus infestum Saulum fugit, eo in omnibus sapientiae studii praecleara se gessit; interque belli pericula et hostilium conatum occupationibus animo intento, ex praescripto sacrarum legum vixit. idem paucillum requietis

ἐκείνον ὑπέμεινε. τοῦ δὲ προφήτου πρὸς αὐτὸν εἰσελθόντος, καὶ τὸν ἔλεγχον αὐτοῦ ὑπομείναντος καὶ τὴν ἔξομολόγησιν ποιησαμένου καὶ “ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ μου” φήσαντος, φησὶν ὁ προφήτης “οὐ μὴ ἀποθάνῃς, πλὴν παρορῶντων παρώργισας ἐν τοῖς
5 ἕπεναττοῖς τὸν κύριον.” καὶ πρῶτον μέντοι τὸ μοιχαλίδιον παιδίον ἐπάταξεν ὁ θεός, ἔπειτα καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπυνύστασιν κατ’ αὐτοῦ παραδηλῶν φησὶ “καὶ νῦν οὐκ ἐξαρθήσεται ῥομφαία ἐκ τοῦ οἴκου σου.” εἰκότως οὖν ἔλεγε “παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ
10 κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με.” καὶ γὰρ παντοδυναίς αὐτόν, οἷα δὴ πάνσοφος ἰατρός, παιδείαις ὑπέβαλεν ὁ θεὸς μετὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς ἡμιουρίας. ὁ οὖν μακάριος Δαβὶδ πρὸ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ καλέσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶντα εἶπεν αὐτῷ “Σολομῶν τέκνον μου, ἐμοὶ ἐγένετο ἐπὶ ψυχῆν τοῦ οἰκοδομήσαι οἶκον κυρίῳ τῷ θεῷ. καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐπ’ ἐμοί, λέγων
15 αἴμα εἰς πληθὸς ἐξέχεας καὶ πολέμους ἐποίησας μεγάλους. οὐκ οἰκοδομήσεις οἶκον τῷ ὀνόματί μου. ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται σοι, καὶ ἀναπαύσω αὐτὸν ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ὅτι Σολομῶν
20 ὄνομα αὐτῷ. οὗτος οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου.” καὶ νῦν ἀνδρῶν καὶ ἰσχυε. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ κατὰ τὴν πτωχείαν μου ἤτοίμασα εἰς οἶκον κυρίου χρυσοῖον τάλαντα χιλιάδας ἑκατὸν καὶ ἀργυροῖον τάλαντα χιλίας χιλιάδας, καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον οὗ οὐκ ἔστιν ἄριθμός· καὶ πρὸς ταῦτα πρόσθετος εἰς οἰκοδομὴν ναοῦ

nactus in istam est prolapsus foeditatem. ingresso ad se vate, et delicti exprobrationem sustinuit et confessus flagitium est, peccasse contra dominum sese perhibens. itaque vates eum morte non plectendum huius culpa causa pronuntiavit, quanquam vehementer deum exasperasset. is primum prolem ex eo adulterio natam necavit, deinde filii rebellionem ei significavit, cum in familia ipsius nunquam a gladiis fore vacationem denuntiaret. convenienter ergo Davidus dixit se a deo vehementer quidem castigatum, non tamen neci traditum fuisse. nam deus, ut sapientissimus medicus, omnis generis castigationibus eum exercuit, posteaquam peccatum suum confessus fuit. is ergo beatus Davidus, antequam ex hac vita commigraret, advocatum ad se filium Solomonem in hanc sententiam est allocutus. “fili mi Solomon, induxeram ego in animum meum domino deo templum aedificare: sed me deus ita monuit, ut significaret me, quia multum sanguinis fudissem ac magna bella gessissem, ipsius nomini aedem conditurum non esse: filium mihi nasci, a quo (id quod et Solomonis nomen denotat) omnem hostium impetum esset ipse prohibiturus: eum nomini dei templum exstructurum. tu itaque, fili, vir esto, et vires sume. atque ecce ego, quantum mea paupertas tulit, ad aedificandam domino domum, confeci talenta auri 100000, argenti talenta 1000000, praeterea aeris atque ferri innumerabilem vim. tu iis adde quae ad aedificandum deo templum fa-

κυρίου.” και Δαβιδ πρεσβύτεης και πλήρης ἡμερῶν, και βασι-
 λεύσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶντα πάλιν εἶπεν αὐτῷ ἐνώπιον τοῦ
 λαοῦ “Ἴδοὺ ἤτολμασα εἰς οἶκον τοῦ Θεοῦ μου χρυσοῖον ἀργύριον
 P 90 χαλκὸν σίδηρον και πάντα λίθον τιμιον και λίθους τιμίους πολυ-
 τελεῖς και ποικίλους. και πρὸς τούτοις δίδωμι, ἐκτὸς ὧν ἤτολ- 5
 μασα εἰς οἶκον τὸν ἅγιον, χρυσοῖον τοῦ ἕξ Ὁφειρ τάλαντα τρισχι-
 λια, και ἑπτακισχίλια τάλαντα ἀργυροῖον δοκίμου, τοῦ ἕξαλει-
 φθῆναι ἐν αὐτοῖς τοῖς τοίχοις τοῦ ἱεροῦ.” οἱ δὲ ἄρχοντες τῶν
 υἱῶν Ἰσραὴλ ἔδωκαν εἰς τὰ ἔργα τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ χρυσοῖον
 τάλαντα ἑπτακισχίλια και ἀργύριον και λίθους τιμίους και χαλκὸν 10
 ἄπειρον. και εὐλογῆσας τὸν λαὸν ὁ Δαβιδ και ἀποστειλας εἶπεν
 αὐθις τῷ υἱῷ αὐτοῦ “και νῦν, Σολομῶν, γινῶθι τὸν Θεὸν τῶν
 πατέρων σου, και δούλευσον αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ και ψυχῇ
 Θελοῦσῃ, ὅτι καρδίας πάσας ἐτάζει κύριος και πᾶν ἐνδύμημα
 B γινώσκει. και ἐὰν ζητήσῃς αὐτόν, εὑρεθήσεται σοι· και ἐὰν 15
 καταλείψῃς αὐτόν, καταλείψει σε εἰς τέλος.” και ἔδωκε Δαβιδ
 Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ τὸ παράδειγμα τοῦ ναοῦ παντὸς και τῶν
 Χερουβιμ τῶν διαπεπετασμένων ταῖς πτέρυξι και σκιαζόντων ἐπὶ
 τῆς κιβωτοῦ διαθήκης κυρίου. πάντα ἐν γραφῇ χειρὸς κυρίου
 δέδωκε Δαβιδ Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ, λέγων “ἴσχυε και ἀν- 20
 δρᾶσον, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς μου μετὰ σου.”

Και μετὰ ταῦτα ἐτελεύτησε Δαβιδ πλούτῳ και δόξῃ και εὐ-
 σεβείᾳ ἐν γῆρῃ καλῷ και πλήρης ἡμερῶν, ἐτῶν ο΄. φησὶ γάρ
 “και ἐγένετο μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Σαούλ, και ἔρχονται οἱ ἄν-

cient.” erat autem Davidus admodum provecta aetate et satur annorum.
 cumque filium suum Solomonem regno inaugurasset, rursus coram po-
 pulo ita eum est allocutus. “ecce paravi ad structuram aedis deo meo
 consecrandae aurum argentum aes ferrum lapides, omnis generis
 pretiosas gemmas: his addo auri Ophirei talenta ter mille, ac septem
 milia talentorum argenti probati ad muros templi incrustandos.” prin-
 cipes autem populi Israelici ad idem opus faciendum contulerunt talen-
 torum auri milia 7, argentum, lapides pretiosos et immensam vim aeris.
 Davidus cum populum, felicia ei omnia prius comprecatus, dimisisset,
 rursus ita filium suum compellavit “proinde, o Solomon, deum maiorum
 tuorum agnosce, eumque toto corde atque animo volente cole. omnia
 enim corda scrutatur deus, omnesque cogitationes videt. si quaeras
 eum, invenies: si derelinquas, prorsus destituet te.” dedit autem Da-
 vidus Solomoni filio suo exemplar totius templi et Cherubimorum qui
 passis aliis arcam foederis divini obumbrant. quae omnia manu dei de-
 picta Davidus filio praebens, hortatus est ut praesidio dei, quem pater
 coluisset, fretus, virum se praeberet ac fortiter rem gereret.

His actis Davidus grandis natu, pietate opibus et gloria insignis,
 finem huius vitae fecit, satur annorum, septuagenarius. ita enim habet
 sacra scriptura “mortuo Saulo Iudaei Chebronem venerunt, ac Davidum

δρες τῆς Ἰουδαίας ἐν Χεβρών, καὶ χρίουσιν αὐτὸν εἰς βασιλεία C
ἐπὶ πάντα Ἰσραήλ. τριάκοντα ἐτῶν Δαβὶδ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐ-
τόν. καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα.” ἀλλὰ τῆς μὲν βασι-
λακῆς χρίσεως διὰ Σαμωνὴλ ἠξιώθη, τὰς δὲ γε τοῦ λαοῦ ἀναγο-
5 ρεύσεις ἢ ἱστορία κρίσεις ἀδιαφόρως ὠνόμασε. τελευτήσας τοί-
νων ἐτάφη ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ εἰς τὸ μέγιστον μνήμα, ὃ
ῥυθώθησεν ὁ σοφώτατος υἱὸς αὐτοῦ Σολομῶν παρὰ τὴν Σιλωάμ.
βασίλευε δὲ ὁ Δαβὶδ ἑπτὰ μὲν ἔτη περιόντος τοῦ Σουὺλ, μετὰ δὲ
τὴν τελευτὴν τούτου λγ'. προεφήτευσεν δὲ αὐτός τε Δαβὶδ καὶ
10 Γὰδ καὶ Νάθαν καὶ Ἀσάφ καὶ Ἰδιθούμ. Ἰσραηλιτάει δὲ αὐτῷ
Ἰωάβ, ὃς ἠρθίμησεν τὸν λαόν, καὶ ἐρέθη χίλιαι ἑκατὸν χιλιά- D
δες, τοῦ δὲ Ἰούδα νο' χιλιάδες. τὸν δὲ Λεὺλ καὶ τὸν Βενιαμὴν
οὐκ ἠρθίμησαν. πεπτώκασιν δὲ κατ' ὄργην Θεοῦ ἐκ τοῦ λαοῦ ἐν
τρισὶν ὥραις χιλιάδες σ'.

15 Σημειωτέον ὡς ἤνικα τις ἀπόκειται τοῖς ἀνομοῦσι καὶ κατα-
φρονοῦσιν ἐξαισία πληγῆ καὶ ὄργη παρὰ τῷ δικαίῳ τὰ πάντα
διωθετοῦντι ζυγοῖς, συγγωρεῖται τις ἐνεργεθῆναι πονηροπραξία
τοῖς τοῦ λαοῦ ἡγουμένοις, ὡς ἂν μὴ ἀλόγως μηδὲ ὡς ἐξ αὐτομά-
του ἀλλ' ἐκ δικαίας κρίσεως ἐπάγεσθαι πιστεύοιτο τὰ κακά. οὐ
20 δεῖ δὲ οἶεσθαι ὡς διὰ μόνην τῶν ἀρχόντων τὴν ἀπροσεξίαν ἐξαι-
σιοὶ θάνατοι καὶ συμφορῶν ὑπερβολαὶ τοῖς λαοῖς καὶ κοιναὶ τοῖς P 91
ἄλλοις ἐπισυμβαινουσι πανωλεθρῖαι, πάντες δὲ τῷ νόμῳ ἢ τῷ
φρασιῶ ἢ τῷ γραπτῷ ἢ καὶ ἀμφοῖν ὑπόδοκοι καθιστάμενοι τοῖς
 mata est, inque eius semine omnes terrae tribus beatae factae sunt,
 omnesque populi Christum praedicant.

Ut autem manifestius fiat quomodo sacerdotalis tribus permixta fue-
 rit cum regia, sic rem exponemus. Iudas Pharezum procreavit. inde
 ordine prognati sunt Esromus Aramus Aminadamus Naasson Salmon
 Boozus Obedus Iessas rex Davidus. quoniam igitur Naasson filius
 erat Aminadami, huius sororem Elizabetam Aaron pontifex maximus
 uxorem duxit, frater Mosis, tribu Levita. quin et divinus Iodaas, pon-
 tifex et ipse maximus, tribu Levita, in matrimonio habuit sororem Ocho-
 ziae, Iudaeam tribu. cumque exinde tribus regia fuerit cum sacerdotali
 permixta, admodum convenienter dominus ex Maria virgine ac matre
 carnis suae natus, serie generis exposita et rex et sacerdos dei, ut di-
 ctum est, deprehenditur. itaque manifesto praedicatur rex sempiternus,
 idemque aeternus pontifex secundum Melchizedeci ordinem.

Ἐντεῦθεν τοίνυν ἄρχεται ἡ τετάρτη βασιλεία, ἣν ὁ Δανιήλ ἐν τῇ τῶν τεσσάρων θηρίων ὄψια τέταρτον θηρίον διαφέρειν τῶν ἄλλων τροπικῶς ὀνομάζει, ἐφ' οὗ καὶ ὁ τῶν πρώτων τεσσάρων στοιχείων δημιουργὸς καὶ τὸν τετραπέρατον κόσμον συνδήσας ἐν τούτοις Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσαρκώθη διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. 5 ὅθεν εὐκότως μέγας βασιλεὺς καὶ ἐπίσημος ὑπὲρ πάντας ὁ Ἀβγοσοτος καὶ δυνατὸς γενόμενος ὑπέταξε τὰς μερικὰς βασιλείας πάσας, διὰ τὸν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ βασιλεῖα τοῦ παντὸς καὶ **B** κύριον τεχθέντα, κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν· φησὶ γάρ “καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ ὁ 10 οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὄρεων.” καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἤξουσιν ἐπ' αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πορεύσονται λαοὶ πολλοί, καὶ ἐροῦσι δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευόμεθα ἐν αὐτῇ. ἐκ γὰρ Σιών ἐξελεύσεται νόμος, 15 καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἔθνων πολλῶν, καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν. καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα. καὶ οὐ **C** λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν.” ὅτι δὲ τὸν μετὰ τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν προσημαίνον- 20 ται ταῦτα καιρὸν, τὰ πράγματα σαφῶς μαρτυροῦσι. πρὸ μὲν γὰρ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας συχνὰ τῶν ἔθνων κατ' ἀλλήλων ἐπα- ναστάσεις ἐγίνοντο, αἵτε δὴ καθ' ἕκαστον ἔθνος τῆς βασιλείας με- μερισμένης· πάσης δὲ ἡγεμονίας εἰς Ῥωμαίους μετατεθείσης εἰ-

Atque hoc est initium quarti regni, quod Danielus, cum ei quattuor animalia apparerent, sibi animalis specie a reliquis diferente repraesentatum ait, quo veheretur primorum quattuor elementorum opitex, qui quatripotentum mundum concinnavit; quo regno scilicet nostras salutis causa Iesus Christus homo natus est. quare merito omnibus regibus maior illustriorque fuit Augustus, omniaque particularia regna suo imperio subiecit, propter eum qui ipsius aetate nasci debuit rex et dominus universi, quae Esaias his verbis praedixerat (cap. 2) “ultimis porro temporibus mons domini erit illustris, aedesque dei in summo montium: exaltabitur supra colles, et ad eam proficiiscentur omnes nationes. multique populi ibunt, ac dicent: agedum conscendamus montem domini et aedemus aedem dei Iacobi: is nobis viam suam monstrabit, inque ea nos ambulabimus. nam de Sione lex egredietur, et sermo domini Hierosolymis exhibit; atque causas multarum is nationum disceptabit, et populum multum arguet. tunc de gladiis suis vomeres et de frameis suis falces cudent, neque gens contra gentem gladium arripiet, neque rem porro bellicam discent.” iam res ipsae testantur his verbis tempus Christi adventus praedici. antequam enim Romanum imperium inivit, crebra fuerunt populorum alterius adversus alterum bella, quod regnum singulatim per populos divisum esset. postquam summa rerum ad Romanos devo-

ῥήγη βαθεῖα κατέσχε τὴν οἰκουμένην, ὡς μηκέτι ἔθνος κατ' ἔθρους
 ἐπιστρατεύειν ἀλλὰ τῇ γεωργίᾳ προσέχειν. οὐκοῦν μάλᾳ δεικνυται
 σαφῶς τὸ τῆς προφητείας τέλος. διὸ καὶ Δανιὴλ προφητεύει
 λέγων "καὶ γνώση καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆ-
 5 ναι, καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆσαι Ἱερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου **Ἰ**
 ἑβδομάδας ζ' καὶ ἑβδομάδας ἕβ'." αἱ συμπληροῦσιν ἔτη υπγ',
 ὅσα τὰ τῆς ἀρχῆς ὑπάρχει τῶν Χριστῶν ἡγουμένων, ὧν τελευ-
 τάλου Ἰρκανοῦ ὑπὸ Πάρθων ἀλγμάλωτισθέντος Ἡρώδης ἀπὸ
 10 Ἀγούστου πυρλαμβάνει τὴν βασιλείαν, μεθ' ὃν οἱ τούτου παῖ-
 10 δες μέχρι τῆς ὑστάτης Ἱεροσολύμων πολιορκίας. οὐκέτι γὰρ ἐκ
 διαδοχῆς τοῦ ἀρχιερατικοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων καὶ Ἀσαμονέων
 ἦτοι Μακκαβαίων, ὡς φησὶν Ἰώσηπος, ἱερῶνται τῷ θεῷ, ἀλλ'
 ἄσημοί τινες, οἱ μὲν ἐνιαύσιοι οἱ δὲ ἐπὶ λόγῳ, παρὰ τῶν Ῥω-
 15 μαιῶν τὴν ἱερωσύνην ὠνούμενοι. διὸ καὶ Δανιὴλ προφητεύει
 15 λέγων "καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ καὶ ἐξήκοντα δύο ἑβδομάδας ἐξολο- **P** 182
 θρευθήσεται χρίσμα καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται" καὶ τὰ ἐξῆς. διέλης
 δὲ τὰς 59' ἑβδομάδας οὕτως, τὰς μὲν ἑπτὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον
 τῆς ἀλγμάλωσις ἕως τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, τὰς δὲ 53' συν-
 20 απτομένας ταῖς ζ' εἰς τὸν χρόνον ὃν κατέσχον οἱ χριστοὶ ἡγούμενοι,
 20 τὴν δὲ μίαν ἑβδομάδα, καθ' ἣν ὁ κύριος ἐκήρυξε τὴν καινὴν δι-
 θήκην, ἧς ἑβδομάδος ἐν τῷ ἡμίσει ἦλθεν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος,
 καὶ ἤρθη ἐκ μέσου ἢ διὰ Μωϋσέως παραδεδομένη διαθήκη. καὶ
 αὐθις "καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομάς μίαν, καὶ ἐν τῷ

lata est, alta per totum orbem pax fuit, populique mutuis bellis omissis
 agriculturæ vacaverunt. ita vaticinii istius exitus apertissime declaratur.
 itaque etiam Danielus vaticinatur his verbis (cap. 9) "cognosces autem et
 intelliges ex exitu sermonis, cum decretum fiet et aedificabitur Hieroso-
 lyma, usque ad Christi principatum septimanas 7, septimanas 62." hæc
 annos efficiunt 483; totidemque annos uncti potestatem in populum Iu-
 daicum gesserunt. quorum ultimus Hyrcanus, cum a Parthis esset cap-
 tus, Augustus Herodi regnum tradidit; cuius posteri deinceps id tenuerunt
 usque ad Hierosolymorum excidium. nam, quod et Iosephus testa-
 tur, ab eo tempore non iam ex summorum pontificum stirpe aut Asmo-
 neorum, qui et Maccabæi dicuntur, deo pontifices creabantur: sed id
 manus obscuri homines alii per annum gerebant, alii alia ratione, re-
 demptum a Romanis pecunia. ideo Danieli quoque oraculum ait post 7
 et post 62 septimanas abolitum iri unctionem, neque fore iudicium, et
 cetera. sic autem dividendæ sunt 69 septimanae. 7 a reditu ex exilio
 usque ad templi absolutionem. reliquæ 62 his sine intervallo succe-
 dentes in tempus quo uncti rerum potiti sunt. una autem in tempus
 quo Christus novum foedus promulgavit; qua media nobis salutiferum
 Christus subiit supplicium, et sublatum est e medio testamentum quod fue-
 rat per Moesem traditum. rursus "corroboravit foedus multis una septi-

B ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθῆσεται θυσία καὶ σπονδή. καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα ἐρημώσεως συντελεῖα δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν Ἱερουσαλήμ." καὶ τὰ λοιπὰ εὐρήσεις ἐν τῇ βασιλείᾳ Τίτου.

Ὁ γοῦν Αὐγουστος τὴν ἕξ Ἰταλλας συναθροῦσας δύναμιν κάτεισιν ἐπὶ Ἀντώνιον. καὶ συμβολῆς γενομένης ἠττάται Ἀντώνιος, καὶ φεύγει μετὰ τῆς Κλεοπάτρας εἰς Αἴγυπτον. καὶ ὁ μὲν Ἀντώνιος ἐαυτὸν διεχειρίσατο, ἡ δὲ Κλεοπάτρα εὐλαβουμένη τὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ θριάμβον συσχεθεῖσα, ἀσπίδι τῷ θηρίῳ ἐαυτὴν προσενεγκαμένη τελευτᾷ. Ἡλιος δὲ καὶ Σελήνη τὰ τέκνα αὐτῶν συσχεθέντα προσήχθησαν τῷ θριάμβῳ Ῥώμης. 10

C Ἐπὶ τούτου τοῦ Αὐγούστου, ὡς φησὶν Εὐσέβιος τοῦ Παμφίλου, ἀρχὴν ἡ τετάρτη λαμβάνει βασιλεία, ἣν ὁ Δαυὶδ ἐν τῇ τῶν τεσσάρων θηρίων ὀπτισία τέταρτον θηρίον φοβερὸν ὀνομάζει. τότε πρῶτον ἐπὶ τῆς δ' βασιλείας ἐμονάρχησεν Αὐγουστος, ὅτε καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ γυναικὸς ἀεπαρθένου 15 γέννησιν δι' ἡμᾶς κατεδέξατο. ὁ δὲ αὐτὸς φησὶν Εὐσέβιος ὅτι οὗτος ὁ Αὐγουστος ἀπελθὼν εἰς Δελφούς ἠρώτησε τίς μετ' αὐτὸν βυσιλεύσει· τοῦ δὲ Πυθίου μηδὲν ἀποκρινόμενον, καὶ τοῦ Αὐγούστου πάλιν ἐρωτήσαντος διὰ τί σιγᾷ τὸ μαντεῖον, ἔφη ἡ Πυθία ταῦτα "παῖς Ἑβραῖος κέλεται με, θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσπων, τόνδε 20 δόμον προλιπεῖν καὶ ὁδὸν αὐθις ἰκέσθαι. ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων."

mana; eiusque dimidio tolletur sacrificium et libatio, et in templo abominandum vastitatis signum ponetur, ac excidium Hierosolymorum perficietur." reliqua ibi invenies, ubi regnum Titi descripsimus.

Ceterum Augustus collectis per Italiam copiis contra Antonium movit. victus praelio Antonius cum Cleopatra in Aegyptum fugit, ibique sibi ipse mortem conscivit. Cleopatra cum comprehenderetur, ne Romam in triumpho introduceretur, aspidi serpenti sese mordendam praebuit, itaque perit. Sol et Luna, liberi ipsorum, in triumpho Romam ducti sunt.

Sub hoc Augusto, ut Eusebius Pamphili ait, quartum regnum cepit, quod in quattuor animalium visione Danielus animal quartum terribile nominat. tunc primum, inito iam quarto regno, Augustus solus omnem potestatem gessit. quo tempore etiam dominus noster Iesus Christus nostri causa nasci ex muliere perpetuam virginitatem conservante sustinuit. idem Eusebius narrat Augustum Delphos profectum de successuro sibi oraculum consuluisse, et cum vates nihil responderet, scitatum causam cur oraculum conticuerit, hoc responsum tulisse:

me puer Ebraeus iubet hoc discedere templo,
rex divum, et Stygium rursus remeare sub Orcum.
tu tacitus nostra haec iam nunc altaria linque.

Τῷ δὲ εφς' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, μβ' δὲ Ἀυγούστου D
 ἐξῆλθε δόγμα παρ' αὐτοῦ ἀπογράφουσαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.
 ἐν ᾧ ἔτει καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς γεννήθη, Ἑρώδου
 βασιλεύοντος τῆς Ἰουδαίας, ὃν ὁ Καῖσαρ Ἀύγουστος προχειρί-
 6 σατο. οὗτος ὁ Καῖσαρ τὸν κόσμον ἐαυτῷ ἅπαντα καθυποτάξας,
 ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ ὄντα ἀποβιῶναι, παρηγγύησε τοὺς
 ἐν τέλει πάντας ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ χεῖρας κροτῆσαι καὶ γελᾶσαι
 ὡς ἐπὶ μίμου τελευτῆς. τοῦτο δὲ ποιῆσαι διωρίσατο ἀποσκώπτων
 εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον ὡς γέλωτος ἄξιον.

10 "Οτι Ἑρώδης οὐ μόνον διὰ τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἀναιρεθέντας P 183
 ἐπὶ τῇ κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίᾳ παῖδας παιδοκτόνος ὀνομάζεται,
 ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τοὺς ἰδίους τρεῖς υἱοὺς ἀποκτείνει, καὶ τὴν μη-
 τέρα τούτοις ἐπισφάζει, καὶ τὸν τῆς γυναικὸς ἀδελφὸν ἑτέρους τε
 πολλοὺς τῶν οἰκείων καὶ πληθὺς οὐκ ὀλέγων Ἰουδαίων ἀποκτείνει
 15 ἐν τῇ αὐτοῦ τελευτῇ.

Ἰστέον δὲ ὅτι τρεῖς ἔσχεν ὁ μέγας Ἑρώδης υἱοὺς, Ἑρώδην
 τὸν καὶ Ἀντίπαν, τὸν ἀποτεμόντα τὸν πρόδρομον, ἔφ' οὗ καὶ
 ὁ κύριος Ἰστανρωθῆ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος, Ἑρώδην τὸν καὶ
 Φίλιππον, ᾧ πρώτως Ἑρωδιᾶς ἐγαμήθη, ἐξ ἧς ἔσχε θυγατέρα B
 20 Σαλώμην τὴν καὶ ὀρχησαμένην, καὶ Ἑρώδην τὸν καὶ Ἀγρίππαν,
 τὸν ἀνελόντα τὸν Ζεβεδαιοῦ Ἰάκωβον.

"Οτι Ἑρώδης ὁ μέγας τέθνηκεν ἑβδομήκοντα ἔτη ζήσας, ἐξ
 ὧν ἔβασίλευσε τῆς Ἰουδαίας ἔτη λζ' παρανόμως. ἐπὶ αὐτοῦ γὰρ ἡ
 πρόφρησις τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ ἐπληρώθη ἡ λέγουσα "οὐκ ἐκλείψει

Anno mundi 5506, qui regno Augusti fuit 42, decretum ab ipso
 exiit ut totus mundus censeretur. eo anno Christus natus est, Heroda
 Iudaeae regnum sibi ab Augusto concessum tenente. Augustus cum to-
 tum sibi mundum subiecisset, morte iam appetente Romae proceribus
 omnibus mandavit ut se defuncto plauderent ac risum tollerent, sicut
 in mimorum sine fieri assolebat. eo mandato vitam humanam utpote ri-
 diculam rem subsannavit.

Herodes puericida appellatur non modo ob pueros Bethlehamae ab
 ipso, cum contra Christum saeviret, interfectos, sed etiam quod suos
 ipsius tres filios ingulasset, facinusque matrem eorum necando cumulas-
 set, et fratrem uxoris ac reliquos domesticorum complures iis addidis-
 set. non parvam etiam Iudaeorum multitudinem moriturus necavit.

Notandum est Herodi magno tres fuisse filios, Herodem, qui et
 Antipas appellatur, qui cervicem praecidi praecursori Christi iussit (eo
 regnante Christus crucifixus est, imperante Tiberio Caesare); Herodem
 cognomento Philippum, cuius primum uxor fuit Herodias, eique Salomen
 filiam peperit eam quae saltavit; Herodem denique Agrippam, qui Ia-
 cobum Zebedaei filium necavit.

Herodes magnus mortuus est septuagenarius. annos 37 regnum in
 Iudaeam illegitimum tenuit, inque ipso impletum est patriarchae Iacobi
 Georg. Cedrenus tom. I.

ἄρχων ἐξ Ἰουδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ
 ὃ ἀπόκειται," ἦτοι ὁ Χριστός. πρῶτος γὰρ ἀλλόφυλος Ἡρώδης
 Ἰουδαίων ἤρξεν, Ἄραψ ὢν Ἰδουμαῖος, καὶ πρῶτος ἀλλόφυλον
 ἀρχιερέα κατέστησε, τὸν Ἀνάνιον, ὡς Ἰώσηπος λέγει.

- C "Οτι Ἡρώδης ὁ μαιφόνος πρὸς ταῖς πολλαῖς τῶν συγγενῶν 5
 φονοκτονίας ἀναιρεῖ καὶ Ὑρκανὸν τὸν πάλαι ἀρχιερέα καὶ τὸν
 τούτου υἱὸν καὶ τὴν τούτου ἀδελφὴν, ἑαυτοῦ δὲ γυναῖκα, τοὺς
 δύο οἰκείους υἱοὺς εἰς ἄνδρας τελοῦντας, καὶ τὴν πενθεράν, ἔτι δὲ
 Σαλώμης τῆς ἰδίας ἀδελφῆς τὸν ἄνδρα ἡγήματος δὲ αὐτὴν ἐτί-
 ρου καὶ τοῦτον προστίθησι, πρὸς δὲ καὶ τοὺς ὑφηγητὰς τῶν ἱερῶν 10
 νόμων, καὶ τοὺς τῶν πατρῶων ζηλωτάς. Θεηλάτῳ δὲ πληγῇ καὶ
 ἔδρωπι συσχεθεὶς σκώληκας ἀπὸ τοῦ σώματος ἐξέβρασε, καὶ οὐ-
 τως δεινῶς ὀδυνώμενος τέθνηκεν.

"Οτι πενταετὴς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἀνέρχεται.

- D "Οτι Αὐγουστος Ἀρχέλαον μὲν υἱὸν Ἡρώδου Ἰουδαίων 15
 ἐθνάρχην κατέστησε, τοὺς δὲ ἄλλους ἀδελφοὺς αὐτοῦ τέσσαρας
 ὄντας, Ἡρώδην ἑμῶνυμον τῷ πατρὶ καὶ Ἀντίπατρον τῷ πάμπῳ
 Λυσανίῳ τε καὶ Φίλιππον, εἰς τέσσαρα μέρη διατεμῶν τὴν χώραν
 ἐκάστῳ διένειμε καὶ τετράρχας αὐτοὺς ὠνόμασε. τότε καὶ λιμὸς
 ἐν Ρώμῃ γέγονεν ὡς πρᾶθῆναι τὸν μύδιον χρυσίνων κτ'. 20

"Οτι τῷ ρεθι' τοῦ κόσμου, τῆς δὲ θείας σαρκώσεως ἔτει
 γ' Ἰουδαίων τρίτος Ἡρώδης ἐκράτησεν, ὃς καὶ Ἀγρίππας ἐλλέ-

vaticinium, qui non ante defuturum Iuda ortum principem et ducem se-
 mine eius cretum edixerat, quam is veniret cui reposita omnia erant,
 id est Christus. primus enim alienigena Iudaeis imperavit Herodes
 Idumaeus Arabs, primumque alienigenam pontificem constituit Ananiam,
 ut Iosephus narrat.

Herodes parricida praeter multas cognatorum neces etiam Hyrcanum interfecit, antiquum pontificem maximum, eiusque et filium et sororem, quam ipse uxorem habebat, item duos filios iam ad virilem aetatem provectos, socrum, Salomes suae sororis maritum, ac rursus alterum cum quo illa secundas nuptias fecerat. addidit et divinae legis enarratores, et qui patrios ritus amplectebantur. divinitas autem aqua interente punitas, erumpentibus ex corpore eius vermibus, gravissimis doloribus cruciatus periiit.

Christus ab Aegypto rediit annos natus quinque.

Archelaum Herodis filium Augustus Iudaeae genti praefecit. reliquam regionem in 4 partes distribuit, eisque reliquos Archelaei fratres praeposuit, tetrarchas a quadripartito imperio appellatos. horum nomina sunt Herodes patri, Antipater avo cognomines, Lysanias et Philippus. tanta eo tempore fuit Romae penuria ut medius aureis 27 sit venditus.

Anno mundi 5519, incarnationis autem divinae 13, tertius Herodes, cognomine Agrippa, regnum in Iudaeos obtinuit, alienigena, Herodis

γετο, ἀλλόφυλος ὢν, υἱὸς Ἡρώδου, ἀδελφὸς Ἀρχελαίου, ἔτη
 κθ'· ὁ γὰρ Ἀρχελαῖος μετὰ θ' τῆς ἀρχῆς ἔτη εἰς Βιένναν πόλιν
 τῆς Γαλλίας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξωρίσθη. οὗτος Ἡρώδης, ὁ καὶ P 184
 Ἀγρίππας, Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἀνέιλε τῷ ἑγ' μὲν ἔτει τῆς
 5 ἀρχῆς αὐτοῦ, λβ' δὲ τῆς τοῦ κυρίου σαρκώσεως· ἔφ' οὗ καὶ ὁ
 κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔκουσῶς δι' ἡμᾶς τὸ σωτήριον
 ὑπέστη πάθος. ὑπὸ τούτου ἡ Πανοσὸς Καισάρεια Φιλίππου
 μετωνομάσθη διὰ τὸ ἀνακτισθῆναι παρὰ τοῦ τετράρχου Φιλίππου.
 οὗτος τὴν Τιβεριάδα πόλιν διὰ Τιβέριον Καίσαρα ἔκτισε, καὶ τὴν
 10 τῶν Γαβινίων πόλιν τὴν ποτε Σαμαρείαν ἐπικτίσας Σεβαστὴν αὐ-
 τὴν προσηγόρευσε, τὸ δὲ ἐπίνειον αὐτῆς, τὸν Στράτωνος πύργον
 πόλιν, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Καισάρειαν ἐκάλεσεν· ὕστερον
 δὲ καὶ Ἀντιπατρίδα κτίθει. καὶ Πανεῖον εἰδωλεῖον κατεσκεύασεν
 ἐν Πανεῖδι τῷ Πανί, ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ Καισαρεία τῆς Παλαι- B
 15 στίνης· καὶ τὸν ναὸν Ἱεροσολύμων διπλοῦν ἀνωκοδόμησεν. οὗτος
 ἐξορισθεὶς ἐν Λουγδούνῃ τῆς Γαλλίας ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ σὺν τῇ
 μοιχαλίδι Ἡρωδιάδι θνήσκει. τὴν δὲ ὀρχησαμένην κόρην ἐπὶ τῇ
 ἀποτομῇ τοῦ προδρόμου ζῶσαν κατέπειν ἡ γῆ· οἱ δὲ φασιν ὅτι εἰς
 πάγον παλζουσα ἐπάνω λίμνης διαρραγέντος κατῆλθε κάτω, καὶ
 20 τῆς κεφαλῆς ἀποσφηνωθείσης τὸ μὲν σῶμα ἄπαν εἰς τὸν βυθὸν
 κατῆλθεν, ἡ δὲ κεφαλὴ ἐπάνω τοῦ πάγου ὑπελείφθη.

Ὅτι ἐπὶ Ἡρώδου πεπλήρωται ἡ προφητεία Δανιήλ. μέχρι
 γὰρ Ἡρώδου χριστοὶ ἠγούμενοι ἦσαν οἱ ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων, C

5 ἑφ' P

7 ἐπι?

filius, frater Archelai. regnavit annos 24. nam Archelaus cum 9 annos
 regnasset, a Romanis est Viennam Galliae urbem in exsilium missus.
 hic Herodes, qui et Antipas, anno sui regni 13 Ioannem baptistam ne-
 cavit, Christo 32 agente annum. sub eodem Christo propter nos sponte
 supplicium pertulit. sub hoc Panosus urbs Caesarea Philippi deuomi-
 nata est, quod eam Philippus tetrarcha refecisset. is in honorem Ti-
 berii Caesaris urbem Tiberiadem condidit; et Gabiniorum urbem, olim
 Samariae nomine notam, instauravit, ac Sebastem, hoc est Augustam,
 nuncupavit. eiusque navale, turrim Stratonis, muro cum cinxisset,
 Caesaream ab ipso Caesare appellavit. post et Antipatridem condidit;
 et Paneade, quae nunc Caesarea Palaestinae usurpatur, Pani fanum
 nomine Paneum posuit, ac templum Hierosolymitanum duplum aedifica-
 vit. missus autem in exsilium Lugdunum Galliae urbem, vita cum ad-
 altera Herodiade summa in egestate exacta, mortuus est. filiam, quae
 saltando impetrarat ut praecursori caput amputaretur, terra vivam ab-
 serpsit. alii ferunt eam, cum in glacie palustri luderet, rupta glacie
 ita in fundum decidisse ut caput abscissum supra glaciem exstaret.

Herodis tempore impletum est Danieli oraculum. nam ad eum us-
 que uncti, hoc est summi pontifices, Iudaeos rexerant, ab instaurato

ἀρξάμενοι μὲν ἀπὸ τῆς κατὰ Δαρείον ἀνανεώσεως τοῦ ἱεροῦ, λήξαντες δὲ ἐπὶ Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα, ὃς διὰ τὸ ὑποτάξαι Ὑρκανὸς οὕτως ἠνομάσθη. ἔτη υπῆ τὰ μεταξὺ τούτων, ὅποσα καὶ ἡ τοῦ Δανιὴλ προφητεία θεσπίζει λέγουσα “καὶ γνώση καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομησαὶ τὴν 5 Ἱερουσαλήμ, ἕως χριστοῦ ἡγουμένου, ἐβδομάδας ἑπτὰ καὶ ἐβδομάδας ἕξβ.” αὐταὶ αἱ ἕξβ' ἐβδομάδες συμπληροῦσι χρόνους ἐτῶν υπῆ, ὅποσα ἔτη τυγχάνει τῆς ἀρχῆς τῶν χριστιῶν ἡγουμένων, ὧν τελευταῖον τοῦ Ὑρκανοῦ ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλωτισθέντος Ἡρώδης D ὁ Ἀντιπάτρου τὴν βασιλείαν τῶν Ἰουδαίων, μηδὲν προσήκουσαν 10 αὐτῷ, ὑπὸ Αὐγούστου καὶ τῆς συγκλήτου Ῥωμαίων παραλαμβάνει, καίπειτα οἱ τούτου παῖδες μέχρι τῆς ὑστάτης Ἱεροσολύμων πολιορκίας. οὗτος δὲ ἦν Ἡρώδης ὁ Ἀντιπάτρου τοῦ Ἀσκαλωνίου τοῦ πατρὸς Κύπριδος Ἀραβίσης. καθ' ὃν καιρὸν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως πλησιαζούσης ἢ ἐκ προγόνων διαδοχῆ ἀρχι- 15 ρωσύνη τε καὶ ἀρχὴ τῶν Ἰουδαίων κατελύθη, συμπληρουμένης τῆς προφητείας Ἰακώβ.

Ἐξῆς δὲ ὁ Δανιὴλ προφητεύει λέγων “καὶ μετὰ τὰς ἐξήκοντα δύο ἐβδομάδας ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ἅγιον διασφραγεῖ λυδρῶς ἡγουμέ- 20 νου ἐρχομένου, καὶ κοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ πόλεμον.” καὶ P 185 ἐξῆς φησὶ “καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδελυγμα τῆς ἐρημώσεως, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται περὶ τὴν ἐρήμωσιν.” τὸ δὲ ἐξολοθρευθῆσθαι χρῖσμα καὶ κρῖμα μὴ εἶναι ἐν αὐτῷ τὴν τε

Darii opera templo usque ad Hyrcanum (nomen huic a subactis Hyrcanis fuit) per annos 483, quos etiam Daniell oraculum exprimit. “cognosces et intelliges ab exitu sermonis, quod decretum fiet et aedificabitur Ierusalem, usque ad Christum ducem, septimanae septem et septimanae sexaginta duae.” hae septimanae sexaginta novem annos conficiunt 483; totidemque annos imperium Iudaicum penes unctos fuit. quorum postremus Hyrcanus cum esset a Parthis captus, Herodes Antipatri filius regnum in Iudaeos, nihil ad se pertinens, ab Augusto et senatu Romano accepit; idque in eius deinceps stirpe usque ad excidium Hierosolymorum permansit. is ergo Herodes Antipatri Ascalonitae filius fuit, matre Cypride Arabica. quo tempore natalibus Christi appetentibus Iudaeorum in sacerdotium et regnum successio cessavit, impleto Iacobi vaticinio.

Danielus porro ita praedicat “post 62 septimanas abolebitur unctio neque erit indicium; templumque et sacrarium corrumpentur a populo, cum dux advenerit; caedenturque inundatione belli.” his addit “et in templum abominabile vastitatis signum. et dum tempus implebitur, vastitati consummatio dabitur.” quod unctionem abolitum iri neque in

πόλιν και τὸ ἅγιον διαφθαρήσεσθαι δηλοῖ. δένεται δὲ νοηθῆναι τοῦτο ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ἐλθόντος γὰρ αὐτοῦ εἰς τὴν τοῦ ἔθνους σωτηρίαν, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν παρανομίαν και ὕβριν ἣ τε ἱερωσύνη αὐτοῖς καθόλου και ὁ ἁγιασμός και ἡ πόλις ἀντινήρηται. μιᾶς 5 δὲ ὄσσης ἑβδομάδος πρὸς τὴν τῶν ο' συμπλήρωσιν, τὸ ἡμῖν μὲν αὐτῆς ὁ τοῦ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελίου νενοήσθω χρόνος. τρισὶ γὰρ ἔτεσι και ἡμίσει τὸ ἔργον τοῦ πατρὸς πεπληρωκίως ὁ μονογενῆς ἀνελήφθη. πνεύματι δὲ ἁγίῳ τοὺς ἁγίους ἐμπλήσας μαθη- B τὰς ἐπ' ἄλλοις τρισὶν ἔτεσιν και ἡμίσει εἰς Ἱερουσαλήμ παρακα- 10 εἶχεν αὐτούς, ὁμοῦ μὲν πρὸς τὸν μέγιστον ἄθλον και τὸν τῶν ἔθνων τούτους ἀγωνία παρασκευαζόμενος, ὁμοῦ δὲ και τοὺς εἰς ζωὴν τεταγμένους ἐκ τοῦ ἔθνους διὰ πίστεως προσλαμβανόμενος, και τῶν σκιῶν και τῶν τύπων τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἄπιστῶν, και τῆ ἀληθείᾳ τοῦ εὐαγγελίου και τῆς καινῆς διαθήκης προσαγόμενος. 15 διὸ και ὁ ἱερός φησι λόγος "και δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομάς μία," διὰ τῶν εἰρημένων δηλονότι ἐπὶ τῶν τοῖς πιστεύ- σασι τῷ Χριστῷ.

"Οτι τῷ 395' τοῦ κόσμου ἔτει, τοῦ δὲ Ἀγούστου Καίσαρος C μβ', Ἡρώδου δὲ λβ', ἑβδόμῳ μηνὶ καθ' Ἐβραίους δεκάτῳ, ἦτι 20 Σεπτεμβρίου κγ', Ζαχαρίας θυμιῶν εἰς τὸ ἅγιασμα κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἑφημερίας αὐτοῦ εἶδε τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ τὴν τοῦ μεγάλου προδρόμου και βαπτιστοῦ Ἰωάννου σύλληψιν εὐαγγελιζόμενον αὐτῷ.

urbe fore iudicium ait, id urbis ac templi excidium denotat. potest etiam de Christo intelligi: cum enim is ad salutem populo suo reparandam venisset, hic quod cum iniuriose ac per contumeliam habuisset, una cum ipsa urbe et sacerdotium et sanctitatem amisit. iam quod ad summam 70 septimanarum una adhuc requiritur, eius dimidium intelligi debet impensum evangelii publicationi. nam unigenitus dei filius cum annos 3 s a patre sibi demandatum negotium gessisset, in caelum receptus est. inde cum spiritu sancto discipulos suos implevisset, 3 s annos eos Hierosolymis detinuit, cum ut eos ad maximum certamen convertendarum ad deum nationum praepararet, tum ut de Iudaeis eos qui erant vitae destinati, interim fide imbueret atque ab umbris et exemplis veteris testamenti ad veritatem evangelii et repraesentationem novi testamenti adduceret. itaque etiam oraculum ita habet "et una septimana testamentum multis confirmabit," nimirum iis qui Christo credent spatio istius septennii.

Anno mundi 5506, anno regni Augusti 48, Herodis 32, mense Ebraeorum septimo, qui est September, Zacharias cum in sacrario adoleret secundum ordinem suae classis, principum angelorum Gabriele vidit sibi partum magni praecursoris ac baptistae. Ioannis annuntiantem.

Ὅτι Ἰωακείμ ἔτει π' τελευτᾷ, ἡ δὲ Ἄννα οθ'. ἡ Θεοτόκος δὲ ἐπ' αὐτῶν τριετίζουσα εἰσῆχθη εἰς τὸν ναὸν κυρίου, ἔνδεκα δὲ γενομένη ἐτῶν ἀπωφανίσθη. οὐδ' ὄλωσ δὲ ἐξῆι τοῦ ναοῦ, ἀλλ' εἰ καὶ χρεῖαν εἶχε τίνος, εἰς μόνην ἀπῆει τὴν Ἐλισαβὲτ ὡς συγγενίδα καὶ πλησίον τοῦ ναοῦ οἰκοῦσαν. τὰ μέντοι Ἑβραϊκὰ γράμματα ἔτι ζῶντος τοῦ Ἰωακείμ ἔμαθεν. ἀφωρισμένος δὲ ἦν τόπος D ἐν τῷ ναῷ πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου ἔνθα μόναι ἴσταντο αἱ παρθένοι· καὶ αἱ μὲν ἄλλαι μετὰ τὴν ἀπόλυσιν ἀπῆσαν πρὸς τοὺς ἰδίους, ἡ δὲ παρθένος προσεκαρτέρει τῷ ναῷ ὑπ' ἀγγελου τριεπομένη. ἦν δὲ τῇ ἡλικίᾳ μέση, σιτόχρους, ξανθόθρηξ, ξανθόμ-10 ματος, εὐόφθαλμος, μεγαλόφρων, μεσόρριπ, μακρόχειρ, μακροδάκτυλος, ἱμάτια αὐτόχροια ἀγαπῶσα. ἦνίκα δὲ γέγονεν ἐτῶν δώδεκα, ἐν μεσονυκτίῳ προσευχομένη ἤκουσε φωνῆς λεγούσης αὐτῇ θεῶθεν "τέξῃ τὸν υἱόν μου." οὐδενὶ δὲ τοῦτο ἀπήγγειλεν, P 186 ἕως ὃ Χριστὸς εἰς οὐρανὸς ἀνελήθη. γενομένης δὲ αὐτῆς ἐτῶν 15 ιδ', καὶ δοκούντων τῶν Ἰουδαίων ὅτι μέλλει γενέσθαι αὐτῇ ἡ συνήθεια τῆς γυναικείας ἀσθενείας, λοιπὸν οὐ συνεχωρεῖτο εἶναι ἐν τῷ ναῷ. ἔστησαν δὲ οἱ ἱερεῖς εἰς προσευχὰς περὶ αὐτῆς· καὶ Ζαχαρίας ὁ ἀρχιερεὺς ὁ τοῦ βαπτιστοῦ πατὴρ ἔλαβε δώδεκα ῥάβδους γερόντων συγγενῶν αὐτῆς, καὶ ἔθρηκεν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ 20 λέγων "δεῖξον, κύριε, τίνος ἔσται ἡ παρθένος," καὶ ἐβλάστησεν ἡ τοῦ Ἰωσήφ τοῦ τέκτονος ῥάβδος, καὶ ἠρμόσαντο τούτῳ αὐτῇ, ὅντι ἐτῶν π'. καὶ κατήγαγεν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ δειγγε

Ioachimus octogenarius decessit, Anna annos nata undecoginta vitam finiit. ab iis in templum deducta dei genitrix anno aetatis suae tertio, undecim annos nata parentes amisit. neque vero unquam templo excedebat, sed si qua re opus haberet, ad solam Elisabetam ibat, cognatam et templo vicinam. literas Ebraicas superstite etiamnum Ioachimo didicit. erat in templo secretus locus arae vicinus, ubi solae virgines stare solebant. ac reliquae sane populo dimisso domum suam redibant, Maria autem in templo permanebat atque ab angelo nutriebatur. erat statura mediocri, subfusca, fulvo crine, oculis fulvis ac mediocribus, magno supercillio, naso mediocri, manibus ac digitis longis, vestes amplexabatur nullo colore tinctas. anno aetatis suae 12, media nocte cum precaretur, divinitus editam ad se vocem audivit "paries filium meam." neque hoc ex ea quisquam rescivit ante Christi in caelos adscensum. cum annum 14 attigisset, Iudaei eam usitata mulierum imbecillitate laboraturam rati in templo eam deinde morari non sunt passi. porro sacerdotes eius causa deum precati sunt. ibi Zacharius pontifex maximus, baptistae pater, duodecim senum cognatorum Mariae ferulas accepit inque ara posuit, dicens "ostende, domine, cui virgo haec debeat copulari." floruit autem virga Iosephi fabri, atque huic octogenario in matrimonium tradita est, isque eam domum secum abduxit. Maria in mariti domo ieiunans ac progressu in publicam abstinens cum duabus

νηστεύουσα καὶ ἀπρόϊτος σὺν ταῖς δυοῖν θυγατράσιν αὐτοῦ. καὶ μετὰ μῆνας ἕξ ᾤφθη αὐτῇ ὁ ἀρχάγγελος Γαβριήλ, εὐαγγελιζόμε- B
νος τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν. οὐδενὶ δὲ ἀπήγγειλεν, ἕως οὗ ἔτε-
κεν. ἐγένετο δὲ ταῦτα τῷ πρώτῳ μηνὶ ἡγουν Μαρτίῳ, τῇ κέ',
5 τῇ α' τῆς ἐβδομάδος ἡμέρῳ καὶ α' τῆς σελήνης· αὐτὸς γὰρ ἔστι
καὶ ἕκτος μὴν τῆς συλλήψεως Ἰωάννου. ἡ δὲ θεοτόκος, ἥλικα
ἀπεχώρησεν ὁ ἀρχάγγελος, ἦλθεν εἰς τὴν ὄρεινὴν ἥτοι τὴν Βηθ-
λιέμ (ὕψηλότερος γὰρ τῆς Ναζαρέτ οὗτος ὁ τόπος) καὶ ἠσπάσατο
τὴν Ἐλισαβέτ, ἔξαδέλφην αὐτῆς οὖσαν, καὶ ἐγνώρισεν αὐτῇ τὴν
10 ὄπτασίαν τοῦ ἀγγέλου, καὶ ὅτι ἄρρεν ἔσχε, καὶ ὅτι Ζαχαρίας
ὄπτασίαν εἰώρακεν· οὗ γὰρ ἐγίνωσκεν Ἐλισαβέτ τοῦ Ζαχαρίου σι- C
γήσαντος. καὶ μετὰ μῆνας τρεῖς ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.
Ἰωσήφ τοίνυν ἀπὸ τῆς ἀποδημίας ἐπανελθὼν, καὶ εὐρὼν τὴν παρ-
θένον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, καὶ θορυβηθεὶς ἐβουλήθη λάθρῳ ἀπο-
15 λῦσαι αὐτήν· ἀλλὰ τῇ ὄπτασίᾳ τοῦ ἀγγέλου θαρρήσας κατέσχευ
αὐτήν. εἶτα διαβαλλομένων αὐτὸν καὶ πικρῶς λοιδορουμένων τῶν
ὁμοροῦντων, ὡς οὐκ ἐπὶ γάμῳ ἀλλ' ἐπὶ φυλακῇ τὴν παρθένον ἐκ
τοῦ ἱεροῦ λαβόντα καὶ κλεψιγαμήσαντα, τὸ ὕδωρ τῆς ἐλέγξεως
ἀμφοτέροι πίνουσι καὶ εἰς τὴν ὄρεινὴν πέμπονται. μετὰ ταῦτα ὡς
20 εἶδον αὐτοὺς ὑποστρέφαντας καὶ μηδὲν παθόντας πονηρόν, ἀπέλυ- D
σαν αὐτούς. τῆς ἀπογραφῆς δὲ γενομένης ἀνίχθη σὺν τῷ Ἰωσήφ
εἰς τὴν Ἰουδαίαν· μὴ φθύσαντες δὲ κατέλυσαν εἰς προύστειον τῆς
Βηθλεέμ, ὃ ἦν κτήμα Σαλώμης τῆς μαλὺς, τῆς ἔξαδέλφης τῆς
θεοτόκου. κάκεισε ἔτεκε τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ τῇ ὄγδοῃ ἡμέρᾳ

Iosephi filiiabus vixit. elapsis autem sex mensibus princeps angelorum
Gabrielus ei apparuit, laetumque de salute mundi nuntium attulit. id
ea, donec peperisset, occultum habuit. res acta est primi, qui est Mar-
tius, mensis die 25, prima et septimanae et lunae die. is mensis sextus
fuit concepti Ioannis. Maria digresso archangelo in montanam, nimi-
rum Bethlehemam, profecta (nam ea urbs editiori quam Nazareta loco
aita est) Elisabetam consobrinam invisit; eique angeli apparitionem,
quodque masculum concepisset, itemque de visione Zachariae exposuit,
quam voce Zachariae interclusa ea ignorabat: et exactis tribus mensibus
in Galilaeam rediit. at Iosephus cum peregre domum reversus virgini-
nem uterum ferre deprehendisset, perturbatus eam clam deserere statuit.
sed angeli apparitione confirmatus eam retinuit. deinde cum finitimi
calumniarentur acerbeque obtrecentarent, eum virginem non ad nuptias
sed custodiae causa templo abduxisse, itaque eam matrimonio subtra-
xisse, uterque aquam experimenti biberunt et in montana missi sunt;
unde cum eos incolumes nihilque mali passos accusatores viderent, crimi-
nino absolverunt. porro cum census iam ageretur; Iosephus cum Maria
in Iudaeam abiit; angustiaeque temporis praeventur diverterunt in subur-
bium Bethlehemaee, quod possidebat Salome obstetrix, Mariae conso-
brina. ibi ex Maria natus Emmanuelus, octavo die circumcisus, post

περιέετε με τὸ παιδίον. καὶ μετὰ μ' ἡμέρας ἀνήγαγεν αὐτὸ εἰς Ἱεροσόλυμα παραστήσαι τῷ κυρίῳ κατὰ τὸν νόμον, καὶ ὑπεδέχθη παρὰ τοῦ δικαίου Συμεῶν. οὗτος γὰρ ὁ Θεοδόχος Συμεῶν Ἰουδαῖος ὢν εἰς ὑπήρχε τῶν ὁ τῶν καὶ Ἑβραϊκῶς συντεθειμένην τὴν παλαιὰν θείαν γραφὴν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μεταβαλόντων 5

P 187 ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ φιλαδέλφου βασιλέως Αἰγύπτου, πρὸ χρόνου τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ὡς ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑξαήμερῳ λέγει. ὁς ἐντυχὼν τῷ τοῦ προφήτου Ἡσαίου ῥητῇ τῷ λέγοντι "Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ" διηπίστησε τούτῳ, ἀδύνατον εἶναι 10 λέγων, ὅσον ἐπ' ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὸ παρθένον τεκεῖν. οὕτως οὖν ἔχων ἀποκαλύψεως ἔτυχε θείας, ἕως τότε τῷ βίῳ περιεῖναι ἕως ἂν τελεσθῇ τὸ θεῖον τοῦ προφήτου ῥητόν· ὁ δὲ καὶ τὸ θεῖον ἡμῶς διδάσκει σαφῶς εὐαγγελικόν, λέγων "πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου 15 μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἰδεῖν τὸν χριστὸν κυρίου." ἰδὼν τοίνυν αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ βρέφος τεσσαρακονθήμερον, καὶ δεξάμενος αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, καὶ εἰπὼν "νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ" πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησε χαίρων. εἶτα ἐχρηματίσθη Ἰωσήφ φυγεῖν εἰς Αἴγυπτον. 20

Μετὰ δὲ δύο ἔτη ἐποίησε τὴν βρεφοκτονίαν Ἡρώδης, καὶ τὸν Ζαχαρίαν ἔσωθεν τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεῖλε λειτουργοῦντα. ἡ δὲ Ἐλισαβὲτ λαβοῦσα τὸν Ἰωάννην ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐκρύβη ἐν σπηλαίῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ

quadraginta dies Hierosolymam adductus est, ut domino secundum legem sisteretur; acceptusque est a iusto Symeone. is dei receptor Symeon Iudaeus unus erat de 70 illis interpretibus, qui Ptolemaeo Philadelpho Aegypti regi Ebraicum vetus testamentum in Graecum transtulerant sermonem ante Christi adventum, sicut D. Chrysostomus in suo de sex diebus opere tradit. atque hic Symeon cum Esariae vaticinium legisset, virginem gravidam fore partuque filium Emmanuelum nomine edituram, fidem dicto prorsus derogavit, quod humana natura omnino virginem parere non admitteret. sic ei animato divinitus patefactum est victurum eo usque dum vatis oraculum impleretur. id nos sacrum etiam docet evangelium his verbis (Luc. 2) "erat spiritu sancto praeditus, ab eoque oraculum acceperat, se non ante moriturum quam unctum domini vidisset." eum ergo in templo videns puerulum quadraginta dierum, in ulnas accepit, fatusque "nunc, domine, servum tuum dimitte in pace secundum verbum tuum" laetus ad eum hinc emigravit. deinde Iosephus divinitus est in Aegyptum fugere iussus.

Post biennium Herodes puerulos necavit, Zachariamque sacris operantem intra altare interfecit. at Elisabetha assumpto Ioanne in solitudinem exiit, inque spelunca dies quadraginta cum delitasset, diem suum

¹Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ ὀδηγηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου καὶ ἐν αὐτῇ ἀνα-
τραφεὶς ἔμεινεν ἕως τῆς τοῦ κυρίου ἀναδείξεως.

Μετὰ δὲ πενταετῆ χρόνον ὑπέστρεψεν Ἰωσήφ εἰς Ναζαρέτ C
ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἔλαβε τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Μαρίαν Κλεόπας ὁ
5 ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε
τὸν Συμεὼν, ὃς μετὰ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου ἐπίσκοπος
γέγονεν Ἱεροσολύμων καὶ ἐπὶ Δομετιανοῦ μαρτυρήσας ἐσταυρώθη.
¹Ἰούδας δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐγέννησε δύο υἱούς, Ζωκτῆρα καὶ
¹Ἰάκωβον.

10 Ἦν δὲ Ἰωάννης λα' χρόνον, ὅτε ἐξῆλθε τῆς ἐρήμου. καὶ
κηρύσσοντι ἠκολούθησαν αὐτῷ πολλοί, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀνδρέας καὶ
¹Ἰωάννης. καὶ τῶν μὲν λεγόντων ὅτι ὁ Χριστὸς ἐστι τῶν δὲ ὅτι
προφήτης, ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἦλθον πολλοὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου
ἐν χώρᾳ Βηθαβαρᾶ, καὶ ἐβαπτίζοντο. ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ, D
15 ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, εἶπεν "ἶδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ." καὶ
ἀκούσας Ἀνδρέας καὶ Ἰωάννης ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ. μετὰ δὲ
τὸ ὑποστρέψαι αὐτὸν εἰς Ναζαρέτ ἐτελεύτησεν Ἰωσήφ ἐτῶν ρί'.
τελευτήσαντος δὲ καὶ Ζεβεδαιου ἤγαγεν Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος τὴν
μητέρα αὐτῶν, καὶ συνῆν τῇ θεοτόκῳ τὴν δὲ κτῆσιν αὐτῶν πω-
20 λῆσαντες Καϊάφα ἠγόρασαν τὴν Σιών, ἔνθα τὸ μυστικὸν πάσχα ὁ
Χριστὸς ἐποίησε καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθε. μετὰ τὴν
τοῦ κυρίου ἀνάληψιν ἡ θεοτόκος ἐν Σιών διέτριβεν ἕως τῆς τελευ-
τῆς αὐτῆς. πρὸ δὲ ἡμερῶν ἐ' ἔγνω τὴν ἔξοδον αὐτῆς. πρὸ δὲ P 188

obiit. Ioannes in solitudine ab angelo institutus atque enutritus ibi
mansit donec Christus in publicum prodiiit.

Post quinquennium Iosephus ex Aegypto Nazaretam revertit. eius
filiam Mariam Cleophas, frater Iosephi ex utroque parente, duxit ux-
orem, ex eaque Symeonem sustulit, qui post Iacobum domini fratrem epi-
scopus fuit Hierosolymis, ac Domitiano imperante in crucem actus di-
vinae veritati suo supplicio testimonium perhibuit. Indas autem frater
eius duos genuit filios, Zoctorem et Iacobum.

Annus agens Ioannes 31 solitudine egressus est, eumque concio-
nantem multi secuti sunt; quorum erant etiam Andreas ac Ioannes. alii
autem eum Christum, alii vatem putabant. die quadam multi Bethaba-
ram, qui est trans Iordanem locus, venerunt ac baptizati sunt. eo cum
Iesus advenisset, videns eum baptista dixit "en agnus dei." quo audito
Andreas et Ioannes Iesum secuti sunt. eo Nazaretam reverso Iosephus
moritur, annos natus 110. cum autem Zebedaeus quoque mortuus esset,
adduxerunt Ioannes et Iacobus matrem suam, eaque cum Maria habita-
vit. bonis porro suis Caiaphae venditis Sionem emerunt. is est locus
ubi mysticum pascha Christus celebravit et foribus clausis ingressus
est; ibique Christo in caelum assumpto Maria usque ad finem vitae

τριῶν ἡμερῶν ὁ ἀρχάγγελος παρεγένετο πρὸς αὐτήν, τὸ βραβεῖον κομίζων. παρέδωκε δὲ τὴν ἄγλιαν αὐτῆς ψυχὴν τῷ κυρίῳ καὶ νύϋ τῷ θεῷ αὐτῆς ἑτῶν οὕσα οβ', οἱ δὲ φασὶ νη', ὥστε μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ εικοσατέσσαρας χρόνους ἐπεβίωσεν.

"Ὅτι ἐν τῷ ἰά' ἔτει Ἡρώδου τοῦ τετράρχου ὁ ἀρχιερεὺς Ἄνα-
νος ἐτελεύτησε· μεθ' ὃν ἐνιαυσιαῖοι ἀρχιερεῖς καθίστανται, ὡς
Ἰώσηπος ἱστορεῖ. καὶ τὰ θεῖα εὐαγγέλια αὐτῷ μαρτυρεῖ ἀλη-
θεύοντι ἐν οἷς περὶ τοῦ Καίμφα λέγει. τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ
B εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου προεφήτευσεν.

"Ὅτι τῆς παραδόξου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεώς τε καὶ 10
εἰς οὐρανὸς ἀναλήψεως τοῖς πλείστοις ἤδη περιβοήτου καθεστῶ-
σης, Πιλάτος ἀγωνιάσας ὡς μὴ ἀνελέγκας τῷ βασιλεῖ τοιαῦτα
γενόμενα θαύματα, τέλος ἀναγκασθεὶς, ὡς μὴ λάθῃ, ἀνεκοινώ-
σατο τῷ βασιλεῖ Τιβερίῳ τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ
σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴς τε ἄλλας τερατουργίας αὐ- 15
τοῦ, καὶ ὡς ὅτι μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς θεὸς ἤδη παρὰ
πολλοῖς εἶναι πιστεύεται. Τιβέριος οὖν, ἐφ' οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν
ὄνομα εἰς τὸν κόσμον εἰσελήλυθεν, μαθὼν τῇ συγκλήτῳ ἀνε-
C κοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνος ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκοιτο. ἡ δὲ
σύγκλητος, ἐπεὶ οὐκ αὐτῇ δεδοκιμάκει, ἀπίσαστο, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, 20
ὅτι μηδὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικρίσεώς τε καὶ συστάσεως ἡ σωτή-
ριος τοῦ θείου κηρύγματος ἐδεῖτο διδασκαλίᾳ. ταῦτ' αὖ φησὶ Τερτυ-

18 εἰσεληλυθέναι P

egit. ea quindecim ante diebus suum exitum cognovit. triduoque ante archangelus ad eam venit, praemium portans. tradidit sanctam suam animam domino ac filio et deo suo, annos nata septuaginta duos. quidam tradunt quinquaginta octo. vixit ergo viginti quattuor annos post Christi in caelos ascensum.

Undecimo anno Herodis tetrarchae summus pontifex Ananus moritur. post hunc annus fuit ea dignitas, quod et Iosephus refert; et eam vere dicebat sacra evangelia testantur, ita de Caiapha loquentia (Ioan. 12) "id vero non de suo dicebat, sed quia erat pontifex maximus anni istius, vaticinabatur."

Cum admirabilis in vitam reditus atque in caelos ascensio servatoris nostri fama iam longe lateque increbuisse, Pilatus animi anxius, quod de his quae evenerant miraculis nihil ad imperatorem retinisset, tandem necessitate adactus Tiberio Caesari perscripsit Christum mortuum vitam recepisse, tam quae is miracula ediderat, utque de morte in vitam reversus iam a multis deus esse credatur. ac Tiberius quidem nomen Christianorum per orbem iam propagatam sentiens de ea re ad senatum retulit, neque obscure tulit sibi religionem Christianam probari. natus autem, quod eam improbaret, ipse quoque repudiavit. vera causa eius rei est, quod divinum salutis praeconium humanam approbationem atque commendationem nequaquam requirit. haec Tertul-

λιανός. οὗτος ὁ Τιβέριος θάνατον ἠπέλησε τοῖς Χριστιανῶν κατηγόροις.

Ἔτι ἐν τῷ 19' ἔτι Τιβερίου Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς ἀφαιρεῖται τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῦ γένου Ἡρώδου καὶ Κλεοπάτρας διὰ Ἡρώδου διαδάδα, καθὼς ἱστορεῖ Ἰωσήπος ἐν τῷ 17' τῆς ἀρχαιολογίας. ἔνθα καὶ πόλεμος αἴρεται πρὸς τὸν Ἀρέταν, ὡς ἀτιμασθείσης αὐτῷ τῆς θυγατρὸς· ἐν ᾧ πολέμῳ πάντα φησὶ τὸν Ἡρώδου στρατὸν Δ διαφθαρῆναι διὰ τὸν Ἰωάννου θάνατον.

Ἔτι ὁ κίριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ 10 προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος προφηεῖ ἔτους 19' τῆς Τιβερίου βασιλείας. καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὐρομεν ἱστορούμενα ταῦτα κατὰ λέξιν. ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων πρότερον, καὶ νύξ ὥρα ἕκτη τῆς ἡμέρας ἐγένετο ὡς καὶ ἀστέραις ἐν οὐρανῷ φανῆναι, σεισμός τε μέγας κατὰ 15 Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ τῆς Νικαίας κατεστρέψατο. ταῦτα Φλέγων φησὶ. καὶ Ἀφρικανὸς δὲ ἱστορεῖ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν P 189 τοῦ πάθους σκότος καθ' ὅλον τοῦ κόσμου φοβερώτατον γενέσθαι. σεισμῷ τε αἱ πέτραι διερρήγνυντο, καὶ πολλὰ τῆς γῆς κατερρίφη. τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν ἡλίου οἱ Ἰουδαῖοι καλοῦσιν, ἀλόγως, 20 ὡς ἔμοι καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ. Ἐβραῖοι γὰρ ἄγουσι τὸ πάσχα κατὰ σελήνην, πρὸ δὲ τῆς μιᾶς τοῦ πάσχα τὰ περὶ τὸν σωτήρα συνέβη, ἔκλειψις δὲ ἡλίου τῆς σελήνης αὐτὸν ὑπελθούσης γίνεται, ἀδύνατον δὲ ἐν ἄλλῳ χρόνῳ πλὴν ἐν τῷ μεταξὺ νομηνίας καὶ τῆς

lianus refert. idem Tiberius mortem Christianorum accnsatoribus minatus est.

Anno Tiberii undevigesimo Ioannes baptista capite truncatur a iuniorie Herode et Cleopatra propter Herodiadem, ut Iosephus scribit libro Antiquitatum decimo octavo. tunc quoque bellum suscipitur contra Aretam, qui filiam suam ab Herode contumeliose habitam querebatur. eo in bello ait propter Ioannis necem Herodis exercitum universum perisse.

Anno Tiberii regni undevigesimo dominus noster Iesus Christus supplicium adiit, sicuti de eo vates praedixerant. quo tempore haec in Graecis commentariis annotata ipsis verbis referemus. "solis exstitit defectus, omnibus prioribus maior; noxque diei sexta hora oborta est, ita ut et stellae in caelo conspectae sint." terrae motus quoque ingens in Bithynia fuit, qui magnam Nicaeae partem prostravit. haec Phlegon. Africanus etiam narrat, quo die Christus est supplicio affectus, tenebras admodum terribiles per totum mundum obortas, terrae motu saxa dirupta, multumque terrae prostratum. eas tenebras Iudaei solis defectum appellant, absurde id quidem meo iudicio et repugnante veritate. nam secundum lunae motum Ebraei pascha instituant. pridie autem paschatis Christus in cruce supplicium passus est. iam solis defectus non fit nisi cum eum luna subit; neque

πρὸ αὐτῆς κατὰ τὴν σύνοδον αὐτὴν ἀποβῆναι· πῶς οὖν ἔκλειψις
 B νομισθεῖη κατὰ διάμετρον σχεδὸν ὑπαρχούσης τῆς σελήνης ἡλίῳ;
 ἔστω δὲ συναρμόζον πολλοῖς τὸ γεγενημένον, καὶ κοσμικὸν τέρας
 ἡλίου ἔκλειψις ὑπονοεῖσθω ἕκ γε τῆς κατὰ τὴν ὄψιν πλάνης. τίς
 δὲ ἡ κοινωνία σεισμῶ καὶ ἐκλείψει πέτραις τε ῥηγνυμέναις καὶ ἀνα- 5
 στάσει νεκρῶν, τοσαύτη τε κινήσις κοσμική; ἐν γοῦν τῷ μακροῦ
 χρόνῳ τοιοῦτόν τι συμβᾶν οὐ μέμνηται τις. ἀλλ' ἦν σκότος θεο-
 ποιήτων, διότι τῆδε τῇ ἡμέρᾳ τὸν κόριον συνέβη παθεῖν. καὶ ὁ
 λόγος ἀληθέστατος, καὶ ὁ χρόνος τοῦ σωτηρίου πάθους παρὰ
 Ῥωμαίοις μᾶλλον σεσημειώται· ἐν γὰρ τῇ Γεμίνου ὑπατεία πεπον- 10
 θῆναι αὐτὸν ἐσημειώσαντο, ἧτις γέγονεν ἐν τῷ α' τῆς σβ' Ὀλυμ-
 πιάδος. τεκμήριον δ' ἂν γένοιτο τοῦ κατὰ τὸδε τὸ ἔτος πεπονθῆ-
 C ναι τὸν σωτήρα ἡμῶν ἢ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εδαγγελίου μαρτυρία,
 ἧτις μετὰ τὸ ιε' ἔτος Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐ-
 τοῦ διαγενέσθαι μαρτυρεῖ. 15

Ὅτι ἐν τῷ λγ' ἔτει Ἡρώδου Κυρήνιος ὑπὸ τῆς συγκλήτου
 βουλῆς ἀπεσταλμένος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο τῶν
 οὐσιῶν καὶ τῶν οἰκητόρων. ἐν τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει Ἰησοῦς Χριστὸς
 ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν Βηθλέεμ τῆς Ἰουδαίας γεννᾶται.

Ὅμοῦ συνάγεται ἀπὸ Ἀβραάμ ἐπὶ τὴν Χριστοῦ γέννησιν 20
 ἔτη βρέ.

Ὅτι Ἡρώδης ὕδρωπι δεινῶ πεισθεὶς σκώληκός τε ἐκβρόσας

6 κινήσει κοσμικῆ scribo. margo P

potest nisi in novilunio, cum luminaria coeunt, aut proxime, evenire.
 quomodo igitur istae tenebrae defectus solis fuerint, cum eo tempore
 luna pene e regione soli opposita fuerit? sed esto tamen id quod mul-
 tis probatum fuit; erroremque visus secuti tenebras toti mundo iniectas
 defectum solis putemus. quid interim rei est defectui solis cum terrae
 motu, saxorum fissione, mortuorum in vitam reditu, ac tanta mundi
 commotione? certe nemo quisquam tale aliquid tanto temporis decursu
 evenisse commemoravit. enimvero tenebrae erant a deo creatae, quod
 ea die dominus moreretur. haec est verissima ratio. exactius etiam
 tempus salutaris istius supplicii a Romanis est annotatum, evenisse ni-
 mirum Gemino consule. fuit hoc primo anno Olympiadis ducentesimae
 secundae. atque argumento ei rei est etiam testimonium evangelii a
 Ioanne conscripti, quod scriptum post decimum quintum Tiberii annum
 docendo triennium consumpsisse perhibet.

Anno Herodis trigesimo tertio Cyrenius a senatu in Iudaeam missus
 incolas et facultates censuit. eodem anno Christus Bethlehemiae nasci-
 tur, urbe Iudaeae.

Ab Abrahamo usque ad Christi natales anni sunt 2105.

Herodes hydrope vehementi excruciatu, vermibus de corpore ipsius

ἀπὸ τοῦ σώματος καταστρέφει τὸν βίον. Αὐγουστος δὲ μετὰ θάνατον Ἡρώδου Ἀρχέλαον μὲν τὸν υἱὸν Ἡρώδου Ἰουδαίων Δ ἰθνήραχην κατέστησε, δούς αὐτῷ τὰ περὶ Ἱεροσόλυμα ὄρια καὶ Σαμαρείων τὸ ἔθνος καὶ Σεβαστήν καὶ Καισάρειαν καὶ Ἰόππην καὶ 5 Ἀντιπατρίδα καὶ Λύδαν καὶ τὸ πεδίον, Φιλίππῳ δὲ τὰ περὶ τὴν νῦν Πανεάδα καὶ Βαταναίαν καὶ Τράχωνα καὶ τὴν Ἀκραβατίην καὶ Γαυλαντίην καὶ Γάλαθα, ἔνθα ἦν Γαμάλα πόλις, Ἡρώδῃ δὲ τὴν Γαλιλαίαν καὶ τὸ ὑπὸ τὴν Πάρναν πεδίον καὶ Νάρβαθον καὶ τὴν Περμαίαν. οὗτος ἔκτισε Τιβεριάδα. τῷ δὲ Λουσανίᾳ τὴν Ἰδου- 10 μαίαν καὶ Ζιφηνήν καὶ τὰ ταύτης χωρία καὶ Ἀβιληνήν.

Γίνονται οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη διαχίλια P 190 σμβ', καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ Φάλεκ καὶ τῆς πυργοποιίας ἔτη φλη', καὶ ἀπὸ τοῦ Φάλεκ καὶ τῆς πυργοποιίας ἕως ἧλθεν Ἀβραὰμ εἰς γῆν Χαναὰν ἔτη χις', καὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς 15 τελευτῆς Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἔτη φκς', καὶ ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ ἕως παρέλαβε Δαβὶδ τὴν βασιλείαν τῆς Ἰουδαίας ἔτη νπ', καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως Σεδεκίου υἱοῦ Ἰεχονίου καὶ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος μετοικεσίας ἔτη νμη', καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας ἕως Ζοροβάβελ, ἐπὶ 20 πρώτῳ ἔτους Κύρου βασιλέως Περσῶν, ἔτη ο', καὶ ἀπὸ τοῦ α' ἔτους Κύρου ἕως Ἀδουστου Καίσαρος, ἐν ᾧ χρόνῳ ἐγεννήθη ὁ Β κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς Χριστός, ἔτη φςβ'. ὁμοῦ ἔτη 29ς'.

Μετὰ δὲ Αὐγουστον ἐβασίλευσε Τιβέριος ἔτη κγ', ὃς ἔκτισε πόλιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ Τιβεριάδα. καὶ ἐν μὲν τῷ ιε' ἔτει τῆς αὐτοῦ

19 α'] μα' P

scaturientibus, vitam cum morte commutavit. eius filium Archelaum Augustus Iudaeae genti praeposuit; eique attribuit montana circum Hierosolyms, Samaritanam gentem, Sebastam Caesaream Ioppen Antipatridem Lydam et campestria. Philippo loca Paneadi nunc vocatae finitima, Bataneam Trachonem Acrabatinam Gaulonitidem ac Galatha, ubi erat urbs Gamala. Herodi Galilaeam et planitiem Parnae subiectam, Narbathum, Perasam. is Tiberiadem condidit. Lysaniae Idumaeam Ziphenem et quae eius sunt dicionis, atque Abilenam.

Ab Adamo usque ad diluvium sunt anni omnino 2242, inde usque ad Phalecum et turris aedificationem anni 538, hinc usque ad Abrahami in Chanaanicaem terram adventum 616, ab hoc usque ad mortem Iosuae Navis filii 526, porro usque ad tempus quo Iudaicum regnum Davidus occcepit, anni 480, hinc usque ad Sedechiam Iechoniae filium et exsiliium Babylonicum anni 448, inde usque ad Zorobabilem ac primum annum Cyri in Persas regni anni 70, denique a primo anno Cyri usque ad annum Augusti, quo Christus natus fuit, anni 592. summa anni 5506.

Post Augustum Tiberius regnum tenuit annos 23. is in Iudaea urbem Tiberiadem condidit. eius regni anno 15 baptizatus est Christus

βασιλείας ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐβαπτίσθη καὶ τοῦ
 εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἀπῆρξαστο, ἐν δὲ τῷ κ' ἔτει τῆς βασιλείας
 αὐτοῦ Ἰστανρώθη ὁ κύριος. ἀνίσταται δὲ τῇ κ' Μαρτίου ἐπι-
 φωσκούση κυριακῇ, ἥτις ἐστὶ μία καὶ πρώτη, ἡ αὐτὴ καὶ πάσχα
 κυριακόν· ἐν ταύτῃ γὰρ ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἐδημιούργησε καὶ ἐν ταύτῃ 5
 C τὸ ἀληθινὸν φῶς ὁ Χριστὸς ἐκ τάφου ἀνέτειλεν. δς καὶ ἐπεσκῆ-
 γισε τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν, μέσον τῆς ἐβδομάδος τῶν χρό-
 νων ἑλθὼν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος. φησὶ γάρ "καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν
 βδελύγμα ἐρημώσεως συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν." ἐν
 γὰρ ταύτῃ τῇ ἐβδομάδι διαθήκη δέδοται καινὴ τοῖς πιστεύουσι, 10
 καὶ δυνάμειως ἀπίσσης αὐτοὺς ἐπλήρωσεν, ἐπέπερ μεσοῦσης τῆς
 ἐβδομάδος ταύτης ἢ κατὰ νόμον ἤρθη θυσία, τῆς τε ἀληθινῆς
 προσφερομένης θυσίας. σημεῖα δὲ τῆς ἐρημώσεως προῦπέφηνε
 λέγων ὁ κύριος "ὅταν ἴδῃτε τὸ βδελύγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ἔρηθῆν
 διὰ Δανιὴλ προφήτου, γινώσκετε ὅτι ἔγγυς ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς." 15
 καὶ ἵνα μὴ νομίσωσι οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν ἀπολήψασθαι τὸν ναὸν καὶ
 D τὴν πόλιν, ἐπάγει "καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται
 ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν." ἕως γάρ, φησί, τῆς τοῦ κόσμου συντελείας
 ἢ τῆς ἐρημώσεως συντέλεια μένει, μεταβολὴν οὐ δεχομένη. τοῦτο
 καὶ Δαβὶδ ἔφη "ἐν δογῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι· καὶ 20
 γινώσκονται ὅτι δεσπόμενος τοῦ Ἰακώβ καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς." καὶ
 τότε μᾶλλον γινώσκονται, ὅταν ἴδωσι τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀν-
 θρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. ὡσπερ γὰρ διὰ ζύλου εἰσῆλθεν ὁ θάνα-

10 ἐβδομάδι add Xylander

et praedicare evangelium coepit. anno eius 18 eius regni cruci affixus
 est. vigesima quinta Martii die de mortuis exstitit vivus, illucescente
 die dominica, quae est a sabbatho proxima, ac prima septimanae dies,
 diesque paschatis dominici. ea die principio deus lucem creaverat, tunc
 autem vera lux de sepulcro orta est. ac confirmavit Christus vaticinium
 Daniell, mediante annorum septimana supplicium sublens, ita dicentis "in
 templo erit abominabile vastitatis signum, eique vastitati explendae tempus
 dabitur" etc. in hac enim septimana novum credentibus testamentum est
 datum, iique omni facultate impleti, cum mediante illa septimana legis Mo-
 saicae sublatum est sacrificium, vera victima deo mactata. ipse autem domi-
 nus signa futurae vastitatis praedixit: "cum" inquit (Matth. 24. Luc. 21)
 "abominabile vastitatis signum videbitis, de quo Danielus vates praedi-
 xit, tunc intelligite imminere vastitatem eius." ac ne putarent Iudaei
 se templum atque urbem recuperaturos, additur in vaticinio vastitatis
 eius finem ante finem saeculi non futurum, ut intelligerent in fine demum
 mundi finem ei vastitati futurum, nullam aliam eius mutationem. idem
 et Davidus praedixerat his verbis (Psalm. 58) "in ira consummationis, et
 non erunt; cognoscentque quod deus Iacobo dominatur et finibus terrae."
 idque tunc eo magis intelligent, cum videbunt signum filii hominis in caelo.

τος, καὶ διὰ ξύλου ἢ ζωῆ, ἐπειδὴ ἐπτάκις νεκρῶν ἀνάστασιν εὐ-
 ρομεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ μετὰ τοὺς ἐπτά ὕδατος ἐκ νεκρῶν
 ἀνάστη ὁ κύριος ὁ ἕλεως τοὺς ἐπτά. πρὸ γὰρ τῆς Χριστοῦ ἀνα- P 191
 στάσεως ἐπτά μόναι ἀναστάσεις νεκρῶν ἐγένοντο, πρώτη μὲν [ἰ]
 5 ἐν τῇ παλαιᾷ ἢ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας τῆς Σαραφθίας, ὃν ἤγειρεν
 Ἕλιας, δευτέρα ἢ τοῦ υἱοῦ τῆς Σωμαντίδος, ὃν Ἐλισαῖος ἤγειρέ,
 τρίτη ἢ τοῦ στρατιώτου ὃν ἐγγυὸς Ἐλισαίου θάψαντες, ὡς ἀπὸ
 πυρὸς ἐξεπήδησε, τετάρτη δὲ ἐν τῇ καινῇ ἢ τοῦ ἀρχισυναγωγῶ
 τῆς Θυατρὸς, πέμπτη ἢ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας, ἕκτη ἢ τοῦ Λαζάρου,
 10 ρου, ἑβδόμη ὅτι πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνάστη,
 καὶ ὀγδόη ἢ τοῦ κυρίου ἀνάστασις μετὰ τὸ σωτήριον πάθος. καὶ
 ὃν καιρὸν τοῦ πάθους γενομένου σεισμοῦ ἐν πολλοῖς εὐρέθη Ἕλλη-
 νικοῖς ὑπομνήμασις ὅτι σεισμὸς ἐγένετο μέγας καὶ σκότος ἐφ' ὅλην B
 τὴν οἰκουμένην, ὥστε καὶ ἀστέραις φαιῆναι. ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἰω-
 15 σηπος χρησάμενος τινα ἐν ἱεροῖς γράμμασις εὐρεθῆναι, περιέχοντα
 ὡς κατὰ καιρὸν ἐκείνον ἀπὸ τῆς αὐτῶν χώρας ἄρξει τις ἄνθρωπος
 τῆς οἰκουμένης πάσης, ὃν αὐτὸς μὲν ἐπὶ Οὐρσπασιανοῦ ἐξέλεγε
 πεπληρωσθαι, διήμαρτε δὲ τῆς ἐρημνείας ἐκ διαμέτρου· οὐ γὰρ
 πάσης οὗτος ἤρξει. λείπεται δὲ οὖν ἐπὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν
 20 Χριστὸν τοῦτο πληροῦσθαι, πρὸς ὃν φησιν ὁ πατήρ "αἴτησαι
 παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἕθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν
 κατὰσχίσιν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς." ὅθεν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν C

sicut enim per lignum mors, ita etiam vita per lignum intravit. nam
 septies in sacris literis legitur aliquem ex morte vitam recepisse. post
 eos septem octavus Christus de mortuo vivus exstitit, qui et septem
 illos in vitam revocaverat. ante enim quam Christus revixit, tantum
 septem numero mortales in vitam restituti fuerunt. primus in veteri
 testamento fuit Sareptanae viduae filius, ab Elia suscitatus, secundus
 Sunamitidis filius, quem Elisaeus in vitam reduxit, tertius miles qui
 prope Elisaei cadaver sepultus quasi ex igne exsiluit. quarta in novo
 testamento filia praefecti synagogae, quintus viduae filius, sextus Laza-
 rus. septimo, quod multa sanctorum qui obdormiverant corpora resur-
 rexerunt. octavus Christus post toleratum salutis causa nostrae suppli-
 cium ex morte in vitam rediit. inventum est in multis Graecorum com-
 mentariis, quo tempore Christus in cruce mortem obiit, terram motu
 fuisse ingenti concussam, tenebrasque toti terrarum orbi inductas fuisse,
 ita ut stellae etiam apparuerint. praeterea Iosephus narrat oraculum
 quoddam fuisse in sacris literis inventum, quo Iudaeis praediceretur eo
 tempore quandam ex ipsorum patria imperium totius orbis habiturum.
 hoc ille Vespasianum implevisse interpretans tota (quod aiunt) via a
 vero aberravit: neque enim Vespasiano totus mundus subditus fuit. reli-
 quum ergo est id a domino nostro Iesu Christo impletum fuisse, quem
 ita affatur pater (Psalm. 2) "posce a me, dabo tibi gentes loco hereditatis,
 ac terminos terrae tibi mancipabo." inde factum ut sonus sanctorum eius

ἔξηλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. ἐπεὶ οὖν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ Θεὸς τὴν κτίσιν ἐδημιούργησε, καὶ μαρτυρεῖ τῶν δένδρων ἢ βλάστησις, διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἰσραὴλ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἠλευθέρωσε τῆς Αἰγυπτιακῆς δουλείας, καὶ τῇ παρθένῳ Γαβριηλ ὁ ἀρχάγγελος εὐγγελισατο. εἰκότως οὖν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ Χριστὸς ἐπέμεινε τὸ σωτήριον πάθος.

Ὁ τοίνυν Πιλάτος μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ σταύρωσιν εἰκόνας
 ἐπῆλθεν αὐτῇ δι' ἐμπρησμῶν καὶ σεισμῶν, ὃς ἐμπρησμὸς μέσον
 τῆς πόλεως ἐγένετο, καὶ ἐκράτησε ἐπὶ ἡμέρας ς'. καὶ ἐκάησαν **15**
C οἴκοι πολλοί, καὶ ἀπέθανον λαοὶ πολλοί, καὶ σὸδοὶς ἔγνω πόθεν
 τὸ πῦρ ἀνάπτεται· τοσοῦτον γὰρ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπῆλθεν ἐκ'
 αὐτῆ ὥστε πτωθῆναι σχεδὸν πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ τάφον τῶν οὐκ-
 τόρων γενέσθαι. τινὲς δὲ καταχωσθέντας καὶ ἔτι ζῶντας ὑπὸ
 τὴν γῆν πῦρ ἐξελθὼν ἐκ τῆς γῆς κατέφλεξε. καὶ ἕτερον πῦρ ἐκ **20**
 τοῦ ἀέρος ὡς σπινθήρες κατήρχετο καὶ κατέκαιεν ὥσπερ ἀστρακὴ
 τοὺς εὐρισκομένους. ἐσείετο δὲ ἡ γῆ ἐκ' ἐνιαυτὸν ἕνα.

Τῷ 9' ἔτει τοῦ σειμοῦ ἐπικρατοῦντος Εὐφράσιος ὁ ἐπίσκο-

star ille exundans domos una cum inhabitantibus abrupit atque submersit. alias quoque idem accidisse fertur. sane diluvio finito in ripa amnis inventa est lapidea tabula, inque eam inscripta haec hieroglyphicis literis "Scirtus amnis saltabit malo civium": nam amnis nomen Graeco sermone ad saltationem alludit. Iustinus multum utrique urbi ad instaurationem contulit. eodem anno visa est quaedam Cilissa mulier, gigantum generis, cuiusvis perfecti viri stataram cubito excedens, admodumque lata. ea circum urbes proficiscens ex officina quavis follem (monetae genus hoc est) accipiebat. stella quoque tum in caelo apparuit, supra aeream palatii portam, continuas dies noctaeque viginti sex fulgens. terrae motus quoque apprime horrendus fuit, qui et Cpolia diversis locis laesit et Antiocheae ineffabilem calamitatem denuntiavit. quarto enim die Octobris principia irae divinae urbem eam corripuerunt, terrae motus atque incendium. id media urbe exortum duravit dies sex multasque domos et homines absumpsit; neque scire quisquam potuit unde eius fuisset initium. tum dei ira ita urbem concussit ut pene tota corruerit ac civiam sepulcrum facta sit. quosdam obrutos terra, et adhuc viventes, ignis ex terra exiens cremavit. alius ignis ex aëre instar scintillarum decidit, et quos attigisset, fulminis in morem combussit. annum ille terrae motus duravit.

Anno nono, terrae motu obtinente, Euphrasius Antiocheae episco-

πος Ἀντιοχείας ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κατεχώσθη καὶ ἀπέθανε, καὶ
 πᾶς οἶκος καὶ ἐκκλησία κατέπεσε, καὶ τὸ κάλλος τῆς πόλεως ἠφα-
 νήσθη· οὐ γὰρ γέγονε τοιαύτη Θεομηνία ἐν ἄλλῃ πόλει ἐν πάσαις
 ταῖς γενταῖς. πολλὰς μὲν οὖν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν μυριάδας,
 5 πολλὰς δὲ παίδων καὶ νεογνῶν ἐν λόφου τάξει ἢ τῶν κατενεχθέν-
 των οἰκοδομημάτων ὕλη καλύπτουσα . . . , καὶ τέλος τοῦτο τὴν
 οὕτως ὀνομαστοτάτην καὶ εὐχαρὶν ἔλαβε πόλιν, ἥνπερ ἐπὶ ὀκτακο-
 σίους ἐνιαυτοὺς συστάσαν ἐξ οὐπερ αὐτὴν Σέλευκος ὁ πρῶτος ἔκτισεν,
 ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀντιόχειαν ἐκάλεσεν. ἀγγελ-
 10 θέντος δὲ τοῦ πάθους ὁ μὲν βασιλεὺς μεγάλως ἤλγησε τὴν ψυχὴν,
 καὶ ῥίψας τὸ διάδημα καὶ τὴν πορφύραν ἐπένθει ἐν σάκκῳ καὶ
 αποδῶ ἡμέρας πολλὰς, καὶ ἐν τῇ ἑορτῇ δὲ λιτώσ ἐσθλῆθεν εἰς τὴν
 ἐκκλησίαν, μὴ καταδεξάμενος φορέσαι σήμαντρον βασιλικὸν τὸ P 366
 οἰονοῦν. ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει φαιᾶν στολῆν ἐνδυσάμενοι
 15 πανδημὴ εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως πεδίον ἐπὶ τὰ σημεῖοις ἀπέχον ἐπὶ
 ἐπὶ τὰς ἡμέραις ἐλιτάνεον νηστεύοντες. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπέστειλεν
 εἰς ἐκχοῖσμον καὶ ἀνακαινισμὸν τῆς πόλεως χρυσοῦ κεντηνάρια
 πενήκοντα καὶ ἄνδρας μηχανικούς, καὶ ἦν αὐτῷ σπουδὴ τοῦ τὴν
 πεσοῦσαν πόλιν Ἀντιόχειαν ἀνακαινίσαι. ἐπὶ αὐτοῦ δὲ ἐτυπώθη
 20 ἑορτάζειν ἡμῶς καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς ὑπαπαντῆς τῆς μέχρι τότε μὴ
 ἑορταζομένης. ἀλλὰ καὶ ἡ Πομπηιοῦπολις τῆς Μυσίας διαφρα-
 γεῖσα μέσον κατεπόθη μετὰ τῶν οἰκητόρων, καὶ ἔκραζον ὑπὸ τὴν B
 γῆν ὄντες οἱ ἄνθρωποι τὸ ἐλεήσατε. τῇ δὲ 10' τοῦ Ἀπριλλίου
 μηνός, τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, ἀσθενήσας Ἰουστίνος προεχειρίσατο

pus eo obrutus obiit, omnesque aedes et templa corruerunt, urbisque
 decor periit. ab omni hominum memoria non exstitit tanta irae dei in
 urbem aliquam grassatio. multa virorum mulierum puerorum et infan-
 tum milia collis instar coacervata prostratarum domorum materias ope-
 riebatur. hunc exitum habuit urbs nobilissima atque elegantissima, quae
 ab ortu suo, cum eam Seleucus primus condidit ac de patris nomine
 Antiocheam appellavit, ad 800 annos steterat. annuntiata hac clade
 imperator gravissime indoluit; abiectisque diademate et purpura, sacco
 indutus et cinere conspersus per multos dies luxit; ac festo etiam die villi
 habitu templum iniit, nullum imperii signum gestare sustinens. sed et
 qui in urbe erant universi, pullati per septem dies in campum qui ad
 septimum lapidem ab urbe distat supplicandi causâ ieiunii exiverunt.
 misit imperator ad repurgandam Antiocheae aream et instaurationem
 eius urbis, cui rei impensae studebat, auri centenarios 50 et opifices.
 sub eodem institutae sunt feriae quae Hypapantae dicuntur, prius non
 habitae. sed et Pompeiopolis Mysiae urbs rupta, eiusque dimidium una cum
 habitatoribus terra absorptum est, hominesque infra terram delati mise-
 ricordiam suorum implorarunt. decima quarta die mensis Aprilis, ipsis
 Paschalibus feriis, Iustinus morbo correptus Iustinianum sororis suae

εις βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιόν, καὶ ἔστειπεν αὐτόν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας δ'. Ἀγούστῳ δὲ μηνὶ τῆς αὐτῆς ε' Ἰνδικτιωνος ἐτελεύτησεν ὁ εὐσεβῆς Ἰουστίνος, καὶ ἐτίθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς Ἀγούστης, ἐν λάρακι πρασίῃ, μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας, ἐν ᾗ καὶ αἱ στολαὶ τῶν ἁγίων 5 ἀποστόλων εὐρέθησαν. τὸν δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον διαίπεν Ἰωάννης. τοῦ δὲ Εὐφρασίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας τελευτήσαν-
Cτος, Εὐφραΐμιος ὁ Ἀμίδας κόμης ἀνατολῆς ὧν χειροτονεῖται ἀπὸ αὐτοῦ, ὅστις ζῆλον θεῖον κατὰ τῶν ἀποσχιστῶν εἶχεν.

Κόσμον ἔτος ρκα', τῆς θείας σαρκώσεως φκζ'. Ἰουστι- 10
 νιανὸς ὁ μέγας βασιλεὺς Ῥωμαίων ἔτη λή' μῆνας ζ' ἡμέρας γ'. αὗτος τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εἶχε βραχὺ μέλιονα τοῦ μέσου, ἐρυσθρὸς τὴν χροιάν, χαροπὸν καὶ εὐπερίστροφον βλέπων, καὶ τὴν κεφαλὴν πρὸς κόμης κάλλος μικρὸν ἐψιλωμένην. βασιλεύει δὲ ἐτῶν με'. καὶ μονοκρατορήσας δέδωκεν ὑπατεῖαν ὅσῃ οὐδεὶς βα- 15
 σιλέων δέδωκε. καὶ διωγμὸν κατὰ Ἑλλήνων καὶ πάσης αἰρέσεως ἐκίνησεν. εὐρῶν δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει νοσοῦντας τὴν τῶν
D Ἀρειανικῶν αἵρεσιν, δημιόσας τε καὶ τιμωρησάμενος φόβον πολὺν ἐργάσατο, θεσπίσας μόνους ὀρθοδόξους πολιτεύεσθαι. καὶ τὸν ναὸν δὲ τῶν ἁγίων Σεργίου καὶ Βάχχου ἐχόμενον τοῦ Παλατίου 20
 πρὸς θάλασσαν . . . , καὶ σύνεγγυς τούτου ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἴδιον αὐτοῦ οἶκον προεπύρχοντα, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν

8 Ἀμδηνὸς Xylander

filiam collegam imperii adscivit ac coronavit, cumque eo quattuor menses imperavit. Augusto mense, ea ipsa quinta indictione, mortuus est piassimus Iustinus: corpus eius in arca prasina repositum est in mansione Augustae, iuxta uxorem Euphemiam; ubi etiam stolae apostolorum inventae sunt, erat tum patriarcha Cpolis Ioannes. in locum autem Euphrasii Antiocheae episcopatu communibus suffragiis deligitur Euphraemius Amidenus, Orientis comes, vir divino animi fervore adversus divulsos ab ecclesia praeditus.

Anno mundi 6021, ab incarnatione dei 526, Iustinianus magnus imperium Romanum solus gerere coepit. imperavit annos 38, menses 7, dies 13. fuit statura corporis aliquantulum mediocrem excedente, ruber vultu truci et versatili, capite non nihil glabro. anno aetatis 45 rerum potitus est; cumque sine collega imperare coepisset, manus consulare edidit quantum nemo ante ipsum. persecutionem Graecae religionis et omnium haeresium instituit. cumque multos procerum labe Ariana vitiatos deprehenderet, bonis eorum publicandis et supplicis irrogandis magnum aliis terrorem incussit, lege etiam lata ut nemo nisi orthodoxus rem publicam gereret. templo Sergii et Bacchi sanctorum, ea quae a palatio sunt versus mare; et proxime templo apostolorum suam propriam

κρήνη ἐπαρξεν τοῖς δυοὶ τούτοις ἀφιερῶσας νουὶς μοναστήριον περιφανῶν ἀνδρῶν ἀπεκλήρωσε.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐπολέμει Τζάθῳ ὡς προσρύνει Ῥωμαῖοις. πέμπει οὖν αὐτῷ Ἰουστινιανὸς βοήθειαν 5 στρατὸν καὶ στρατηγὸς τρεῖς, Βελισάριον Κήρυκον καὶ Πέτρον, οἳ καὶ κατὰ φθόνον ἀλλήλων πολεμήσαντες ἠττήθησαν. λυπηθεὶς P 367 οὖν ὁ βασιλεὺς αὐτοὺς μὲν διεδέξατο, ἀπέστειλε δὲ Πέτρον τὸν νοτάριον αὐτοῦ στρατηλάτην. καὶ συμβαλὼν μετὰ τῶν Λαζῶν τοῖς Πέρσαις ἐνίκησε καὶ πολλοὺς ἀνείλε.

10 Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προσεργήθη τοῖς Ῥωμαῖοις ὁ βασιλεὺς τῶν Ἑλοῦρων Γρέτης λεγόμενος, καὶ ἐλθὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἤτήσατο τὸν βασιλεῖα, καὶ ἐγένετο Χριστιανὸς μετὰ τῶν συγκλητικῶν αὐτοῦ καὶ συγγενῶν, καὶ ἀπῆλθε μετὰ χαρῆς εἰς τὰ ἴδια, ἐπαγγειλάμενος συμμαχεῖν Ῥωμαῖοις ἐφ' οἷς 15 ἂν δεηθῶσιν αὐτοῦ.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προβάλλεται ὁ βασιλεὺς στρατηλάτην Ἀρμενίας Τζιταν ὀνόματι, ἄνδρα πολεμικὸν καὶ ἰκανώτατον· οὐ γὰρ B εἶχεν ἢ Ἀρμενία στρατηλάτην, ἀλλὰ δοῦκας καὶ κόμητας. αὐτὸς δὲ ἱστράτευσεν Ἀρμενίων πλῆθος. δέδωκε δὲ αὐτῷ καὶ ἀπὸ ἀνα- 20 τολῆς στρατὸν, χιλιάδας τέσσαρας, καὶ γέγονε μεγάλη φυλακὴ καὶ βοήθεια Ῥωμαίων. ἔξευξε δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκα, τὴν ἀδελφὴν Θεοδώρας τῆς Ἀγούστης, ὀνόματι Κομιτώ.

domum omnesque suas pristinas opes adiecit, atque ita ex his duobus templis monasterium illustrium virorum redegit.

Eodem anno rex Persarum Tzatho bellum ob initam cum Romanis societatem intulit. huic Tzatho Iustinianus auxiliares mittit copias, ducibus Belisario Koryco et Petro; qui cum in bello gerendo mutua invidia transversi agerentur, a Persis victi sunt. hoc aegre ferens Iustinianus, revocatis illis, Petrum notarium ad exercitum ducendum misit; isque Lazorum auxilio Persas adortus praelio victoriam multis hostium caesis obtinuit.

Eodem anno ad Romanos se contulit Herulorum rex Greta; Cpolinque profectus cum suo populo, ab imperatore obtinuit ut Christianus fieret cum suis consiliariis et cognatis; eaque re confecta, laetus domum rediit, pollicitus se Romanis, quacunque in re vellent, auxilio futurum.

Eodem anno imperator Tzitam Armeniae praeficit, virum bellicosum et rebus gerendis aptum. hactenus Armenia sine praefectis fuerat, duces tantum et comites habuerat. sed hic eum principem Armeniorum fecit. adiunxit etiam imperator ei exercitum quattuor milium ex Oriente; fuitque hoc magno praesidio Romanis. nuptum quoque ei tradidit sororem Theodora Augustae, nomine Comito.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προσεφρή τοῖς Ῥωμαίοις γονή τις ἐκ τῶν Οὐννων τῶν λεγομένων Σαβήρ, βάρβαρος, ὄνόματι Βαρήζ, χήρα, ἔχουσα μεθ' ἑαυτῆς Οὐννων χιλιάδας ἑκατόν, ἦτις κατεδυνάστευε τῶν Οὐννικῶν μερῶν μετὰ τὴν τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς Μαλάχ ἀποβο-
C λήν. αὕτη τοὺς προτραπέντας παρὰ Καβάδου τοῦ βασιλέως 5 Περσῶν δύο εἴηγας ἀπὸ ἄλλου ἔθνους Οὐννων ἐνδοτέρων, Στόρακα καὶ Γλώην, τοῦ συμμαχῆσαι αὐτῷ κατὰ Ῥωμαίων, περιόντας διὰ τῆς χώρας αὐτῆς ἐπὶ τὰ Περσικὰ μετὰ χιλιάδων εἴκοσι ἐκράτησε, καὶ τὸν λαὸν πάντα κατέκοψε. καὶ τὸν μὲν Στόρακα δέσμιον τῷ βασιλεῖ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπέμψεν, ὁ δὲ Γλώης 10 ἐν τῷ πολέμῳ ἐσφάγη. γέγονε δὲ αὕτη σύμμοχος καὶ εἰρηνικὴ τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ πλησίον Βοσπόρου εἴηξ τῶν Οὐννων, Γορδάς λεγόμενος, προσεφρή τῷ βασιλεῖ καὶ ἐγένετο Χριστιανός. καὶ πολλὰ δοὺς αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν, 15 ὑποσχομένῳ φυλάττειν τὰ Ῥωμαϊκὰ καὶ τὴν Βοσπόρου πόλιν, ἦτις **D** οὕτως ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ τελειν Ῥωμαίοις κατ' ἔτος ἀντὶ χρημάτων βόας, ἀπαιτεῖν δὲ τὰς συντελείας τῶν βοῶν. ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν ἰδίαν χώραν διηγῆσατο τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ τὴν τοῦ βασιλέως ἀγάπην καὶ φιλοτιμίαν, καὶ ὅτι Χριστιανὸς γέγονε, συνέτριψε δὲ πάντα 20 τὰ τῶν Οὐννων ἰνδάλματα καὶ ἔχωνενσεν. ἐπὶ τούτῳ χολώσαντες οἱ Οὐννοι μετὰ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ Μοαγέρα ἐφρόνεσαν αὐτόν, καὶ ἐποίησαν εἴηγα τὸν Μοαγέραν. ἐλθόντες δὲ εἰς Βόσπορον ἀπέκτειναν τὸν τριβοῦνον Δυλματίας καὶ τοὺς στρατιώ-

Eodem anno conisuxit se Romanis vidua quaedam mulier, de ea Hunnorum natione qui Saberi dicuntur: nomen ei fuit Bareza. habebat secum Hunnorum 100000, et praeerat Hunnicae dicioni post mortem mariti Malachi. ellicerat rex Persarum duos alios Hunnorum interiorum regulos, Styracem et Gloem, ut sibi ii contra Romanos suppetias ferrent. sed Bareza, cum ii per ipsius regionem 20 milia in Persidem ducerent, exercitum eorum delevit, ac Gloe in pugna occiso, Styracem vincitum imperatori Cpolin transmisit. ipsa pacem et societatem cum Iustiniano conservavit.

Eodem anno Gordas, etiam regulus Hunnorum Bosporo vicinorum, Romanis sese adiunxit et factus est Christianus; cumque fidem dedisset se Romanis rebus addictum fore urbemque Bospori custoditurum et bonum tributum exacturum (nam urbi Bosporo inde nomen est, quod incolae Romanis loco pecuniae quotannis boves dabant), magnifice ab imperatore donatus domumque dimissus est. reversus domum fratri suo imperatoris humanitatem liberalitatemque, et se Christianum factum esse exposuit; atque idem omnia Hunnorum simulacra confregit et conflagavit. eam ob rem Hunni irati, cumque his Moageras eius frater, Gordam necaverunt et regnum Moagerae tradiderunt, ac Bosporum profecti tribunum Dalmatiae et milites interfecerunt. quod ubi Iustinianus cognovit,

ἔτελεύτησαν. καὶ γενομένου φόβου μεγάλου οἱ λοιποὶ ἐσωφρονίσθησαν. νόμους τε σφοδρῶς κατὰ τῶν ἀσελγαινόντων ἐξέθετο, τοὺς δὲ παλαιοὺς νόμους πάντας ἀνενέωσε, πηθήσας μονόβιβλον, δὲ καὶ Νευρὺς διατάξεις ἐκάλεσε.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει, μηνὶ Νοεμβρίῳ κθ', ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, ἔπαθεν ὑπὸ Θεομηρίας πάλιν Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη μετὰ δύο ἔτη τοῦ πρώην παθεῖν αὐτήν. ἐγένετο γὰρ σεισμὸς μέγας ἐπὶ ὧραν μίαν καὶ βρυγγὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φοβερός, καὶ ἔπεσον πάντα τὰ κτισθέντα ἕως ἐδάφους καὶ τὰ τεῖχη. καὶ ἐκ τῶν μὴ πεσόντων παλαιῶν κτισμάτων ἐν τῷ πρώτῳ σεισμῷ κατηρέχθησαν 10 νῦν. καὶ πᾶσα ἡ γενομένη εὐπρέπεια ἐν τῇ πόλει ἐκ τε τῶν τοῦ βασιλέως φιλοτιμιῶν, καὶ ὧν ἕξ ἰδίων οἱ πολῖται ὠκοδόμησαν, πάντα κατέπεσον. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ πτώσει ταύτῃ καὶ χιλιάδες τέσσαρες λαοῦ καὶ ὡς ἄνδρες. οἱ δὲ σωθέντες ἐφυγον εἰς τὰς ἄλλας πόλεις. γέγονε δὲ καὶ χειμὼν μέγας καὶ βαρύτατος, ὡς 15 λιτανεύειν πάντας ἀνυποδέτους μετ' ὀδυρμῶν πυκνῶν. ἐφάνη δὲ τι θεοσεβεῖ ἀνθρώπῳ ἐν ὄραματι εἰπεῖν πῶσιν ἵνα ἐπιγράψωσιν εἰς τὰ ὑπέρθυρα αὐτῶν "Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, σῆτε." καὶ τοῦτου γενομένου ἔστη ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ 20 Ἀγούστα πολλὰ ἔδωρῆσαντο χρήματι εἰς ἀνακαινισμόν τῆς Ἀντιόχειας πόλεως, καὶ μετωνόμασαν αὐτὴν Θεοῦπολιν.

Τούτῳ τῷ ἔτει Σαμαριῖται καὶ Ἰουδαῖοι ἐν Παλαιστίνῃ βασιλέα τινὰ Ἰουλιανὸν ἔστειλαν, καὶ κατὰ Χριστιανῶν ὄπλα κινή-

billiter perierunt, suoque exemplo reliquos pudicitiam colere docuerunt. tulit Iustinianus acres leges contra impudicos et veteres omnes leges removatas in unum volumen redegit, quod Novellas Constitutiones inscripsit.

Kodem anno, die penultima Novembris, hora diei 3, rursus ira dei Antiocheam afflixit, biennio post superiorem cladem. exstitit enim terrae motus ingens, totamque duravit horam cum terribili caeli mugitu. ea concussione omnia quae aedificata fuerant, solo aequata sunt, et muri, atque adeo ista quoque tum aedificia corruerunt, quae priore terrae motu non ceciderant. denique quidquid et imperatoria liberalitate et privatim civium sumptibus urbi fuerat ornamentum conciliatum, tunc perit. obruta sunt ruinis hominum milia 4 et 870: reliqui in alias urbes confugerunt. fuit etiam gravissima tempestas, adeo ut universi sine calceis supplicatam sint progressi cum crebris eiulatibus. tunc quidam pie deum colens homo visione admonitus est ut omnibus praeciperet, uti superioribus domorum suorum postibus insciberent "Christus nobiscum, stata." hoc facto ira dei resedit. rursus quoque et imperator et Augusta multam pecuniae largiti sunt ad instaurationem Antiocheae, cuique nomen Theopolis indiderunt.

Kodem anno Samaritani et Iudaei in Palaestina quendam Iulianum regia corona ornatum sibi praefecerunt: armisque contra Christianos

σαντες ἀρπαγὰς καὶ φόνους καὶ ἐμπρησμοὺς εἰργάσαντο· οὗς ὁ Θεὸς παρέδωκεν εἰς χεῖρας Ἰουστινιανοῦ, καὶ πάντα ἀφανίσας τὸν Ἰουλιανὸν ἀπεκεφάλισε. καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν τῶν Ἑλλήνων καὶ πάσης αἵρέσεως, καὶ μετὰ τὸ τεθῆναι δόγμα ἑλληνίζοντας μὴ ἔστωσαν πολιτεύεσθαι ἢ αἵρετικοί, εἰ μὴ μόνους τοὺς ὀρθοδόξους Χριστιανούς, προθεσμίαν δίδωσι τοῖς τοιούτοις εἰς ἐπιστροφὴν τριῶν Β μηνῶν.

Τῷ δ' ἔτει ἐφάνη κομήτης μέγας καὶ φοβερός, εἰς τὸ δυτικὸν μέρος πέμπων ἐπὶ τὰ ἄνω τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας, ὃν ἔλεγον 10 λαμπαδίαν· καὶ ἔμεινε λάμπων ἐπὶ ἡμέρας εἴκοσι.

Τῷ ε' ἔτει γέγονεν ἡ ἀνταρσία τοῦ λεγομένου Νίκα, καὶ ἔσπευαν οἱ τῶν δῆμων βασιλέα Ἰππάτιον τὸν συγγενῆ Ἀνουστασίου τοῦ βασιλέως. ἐκαύθη δὲ πολὺ μέρος τῆς πόλεως, ἣ τε μεγάλη ἐκκλησία καὶ τὰ χαρτῶα αὐτῆς δικαιώματα καὶ ἡ πρόσδοσις πᾶσα, 15 ἣ τε ἁγία Εἰρήνη καὶ οἱ ξενῶνες, ὃ τε τοῦ Σαμψῶν καὶ ὁ Εὐθύβουλου, μετὰ τῶν ἀρρώστων, καὶ τὸ προσκήνιον τῆς βασιλικῆς καὶ Ἐ τὸ Ἀγνουσταῖον καὶ ἡ χαλκόστεγος τοῦ παλατίου, ἣ ἔκτοτε καὶ νῦν χαλκῆ προσαγορεύεται διὰ τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἔσπευγᾶσθαι αὐτήν. ἐκάησαν δὲ καὶ οἱ δύο ἔμβολοι μέχρι τοῦ 20 φόρου. ὁ δὲ λαὸς καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀναθεματίζοντες ἐφόβριζον. ἦτις ἀνταρσία ἐπαύθη διὰ Βελισαρίου καὶ Μούνδου καὶ Ναρσῆ, ἀνελόντων λέ' χιλιάδας καὶ αὐτὸν Ἰππάτιον. τότε δὲ ἐνεπρήσθη καὶ τὸ ὀκτώγωνον καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ Σεβήρου τὸ

5 εἰ] εἶναι εἰ P

sumptis rapinas caedes et incendia ediderunt. hos Iustinianus a deo sibi in manus traditos occisione delevit, Iulianoque caput amputavit. inde Graecae religionis et aliarum haeresium sectatores persecutus est; et lege lata ne quis Graecae religionis aut haereticus rem publicam gereret, sed Christiani tantum, illis trimestre tempus ad resipiscendum praescripsit.

Anno quarto cometa magnus et terribilis in partem occidentem spectans radiosque suos sursum emittens, quem a facie figura lampadium vocant, fulsit per dies 20.

Quinto anno seditio fuit, cui a tessera nomen est Nica, id est vince. populus enim diademate insignibat Hypatium Anastasii imperatoris cognatum. conflagravit tunc magna urbis pars, magnum templum, et chartae eius privilegiorum ac redituum, tum sancta Pax, et hospitium peregrinorum a Samsone et Eubulo condita cum ipsis infirmis, prosecutionumque regiae, et Augustaeum, et palatii chalcosteges pars; quae ex eo hodieque aerea dicitur, quod tegulis aereis et inauratis erat tecta. bina quoque rostra combusta sunt usque ad forum. populus autem execrabatur Iustinianum et contumeliis afficiebat. compescuerunt eam seditionem Belisarius Mundus et Narses, interfectis cum ipso Hypatio milibus hominum 35. tunc et Octagonum incendio est absumptum, et

λεγόμενον Ζεοῦπιπος, ἐν ᾧ ποικίλη τις ἦν θεωρία καὶ λαμπρότης
 τεχνῶν, τῶν τε μαρμάρων καὶ λίθων καὶ ψηφίδων· καὶ εἰκόνων
 D διὰ χαλκοῦ πεποικημένων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνδρῶν ἔργα, μόνον τῷ
 μὴ παρεῖναι αὐταῖς ψυχὰς τῶν ἐς οὓς γέγοντο. εἰστήκει τοι-
 γαρ οὖν μετὰ τῶν ἑξαιρέτων καὶ νοῦν ὑπερβαυόντων τούτων καὶ 5
 Ὅμηρος, ὁποῖος ἦν, συνάγων τὸν νοῦν, τῷ χεῖρι συζεύξας ὑπὸ
 τὰ στέρνα. καὶ πάγων αὐτοῦ ἀπλῶς καθεῖτο, θρῆξ τε ἐπὶ τῆς
 κεφαλῆς ὁμοία ἐν τοῖς ἐκατέρωθεν τοῦ βρέγματος ἀραιουμένη,
 τετριχωμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ γήρατι καὶ ταῖς ὑπὲρ τοῦ παντός
 φροντίσι ὅς μὲν ἦν μετρίως ἔχουσα πρὸς ἅπαντα, ὄμματα δὲ 10
 συνημμένα τοῖν βλεφάροι, ὅλον καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἔχει,
 τυφλὸν ἐμφαίνοντα. ἀνεβέβλητο δὲ καὶ τριβῶνιον ἐπὶ χιτῶν,
 P 870 καὶ ὄσον εἰς βάσιν ἡμᾶς τις χαλκοῦς τοῖς ποσὶν ὑπέκειτο. στήλι
 δὲ ἦσαν ἐκ χαλκοῦ πεποικημένοι τῶν σοφῶν ἀπάντων τῶν ὑψηλῶν
 καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων, καὶ ὄσοι ἐκ' ἀνδρῶν γέγοντο διαβόητοι 15
 ᾧχετο τοῖν οὖν τούτοις καὶ ὁ ἐκ τῶν φώτων τῶν κατὰ τὰς ἐσπέ-
 ρας λαμπτήρων ἐπικαλούμενος οἶκος, ὅτε τὸν ὄροφον καὶ αὐτὸς
 ἐκ ξύλων ἔχων, ἐν ᾧ αἱ περιουσίαι τῶν ἐμπορευομένων τὰ τε ση-
 ρικὰ καὶ πολυτελῆ καὶ χρυσόπαστα. καὶ πᾶν τὸ κάλλος τῆς πό-
 λεως, ὅπερ ὑπὸ τοῦ πρώην μεγάλου ἐμπροσημοῦ κατελείφθη, 20
 ἀπώλετο. τῷ αὐτῷ ἔτει γέγονεν ἀστέρων δρόμος πολὺς, ὥστε
 πάντας ἐκπλήττεσθαι καὶ λέγειν ὅτι ἰδοὺ οἱ ἀστέρες πίπτουσι· τί
 ἄρα ἔσται οὐκ οἶδμεν.

balneum Severi quod Zenxippi nomen gessit, in quo varium inerat spe-
 ctaculum artiumque splendor. quippe ibi fuerunt omnis aetatis opera
 ex marmore saxis lapidibus, opere tessellato, et aereae imagines; qui-
 bus hoc unum deerat quod animae non inerat eorum quos eae refere-
 bant. inter praecipua illa et ingenium superantia opera stabat et Ho-
 merus, qualis fuerat, cogitabundus, manibus consertis infra pectus, barba
 sine cultu demissa: capilli capitis aequales, rari ab utraque sincipitis
 parte, facies prae senio hirsuta ac curis de universo, nasus ad reliquas
 partes proportionem aequali, oculi palpebris affixi, ita ut caeci formam
 prae se ferrent, qualem eum fuisse fama fert. supra tunicam palliolo
 erat amictus, et ad basin infra pedes eius lorum quoddam aeneum erat
 subiectum. erant porro aeneae columnae omnium sapientia, poesi, arte
 dicendi, ac fortitudine clarorum virorum. cum his periit etiam domus
 quae luminarium nocturnorum dicitur, utpote fastigium habens lignea;
 in quo opes erant eorum qui sericorum pretiosorumque et auro intexto-
 rum vestimentorum exercebant mercaturam. denique omnis urbis decor,
 qui superiori incendio superfuerat, tunc interiit. eodem anno magnus
 fuit stellarum discursus, ita ut omnes perterrerentur ac dicerent "ecce
 stellae cadunt: nescimus quid sit futurum."

Τῷ ε' καὶ ζ' ἔτει τὰ τοῦ Βελισαρίου στρατηγήματα κατὰ Β
 Λιβύην ἐγένοντο, ἅτινα Προκόπιος ὁ Καισαρεύς ἐν ἡ' βιβλίῳ
 συγγράψατο. οὗτος τὴν Καρχηδόνα κρατήσας καὶ ἄλλα ἔθνη
 πολλά, τὸν δὲ Γίλιμερα φηγόντα εἰς Νουμιδίας τὸ ὄρος Παπ-
 5 πούαν περιετολῆσε. καταλιπὼν τε τὸν Φαράν εἰς πολιορκίαν
 ἐκείνου εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. ὁ δὲ Γίλιμερ ἐλευσῶς
 χεμαζόμενος γράφει τῷ Φαράν, ἄξιῶν πεμφθῆναι οἱ ἄρτον καὶ
 σπόγγον καὶ κισθάραν· παρ' ἐκείνους γὰρ τοῖς Μαυρουσίοις οὔτε
 οἶνος οὔτε ἔλαιον οὔτε σίτος γεωργεῖται, ἀλλὰ κριθᾶς καὶ ὀλύρας
 10 ὡς ἄλογα ζῶα ἐφθὰ σιτίζονται. ὁ δὲ Φαράς διεπόρει περὶ τού-
 των, ἕως ὃ τὴν ἐπιστολὴν κομίσας ἔφη ὅτι ἄρτον μὲν ἐπιθυμεῖ C
 γεύσασθαι καὶ ἰδεῖν, τὸν σπόγγον δὲ διὰ τὸ τὰ δάκρυ ἀπομάτ-
 τεοθαι, τὴν δὲ κισθάραν, ὅπως τὰς συμφορὰς αὐτοῦ ἐκτραγηδοθή-
 ταῦτα Φαράς ἀκούσας, περιαλήσας τε καὶ τὴν ἀνθρωπίνην τύ-
 15 χην ἐκμυκτηρίσας, πάντα ἐξέπεμψε. πάλιν δὲ ἐξαπέστειλεν ὁ
 βασιλεὺς τὸν Βελισάριον στρατηγὸν μετὰ πλήθους ἀνυριθμήτου
 καὶ πλοίων καὶ χρυσοῦ πολλοῦ καταπολεμῆσαι Οὐανδήλους καὶ
 Ἀφρικὴν ἐκπορθῆσαι· ὃς ἀγχινοῖα καὶ φρονήσει καὶ ἀνδρία πάντα
 λησιόμενος, καὶ Γίλιμερ ἐγκρατῆ ποιησάμενος, ἀνήγαγεν ἐν τῇ
 20 πόλει μετὰ πλοῦτου πολλοῦ καὶ ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ ἵππικῷ, ἕπα-
 τείαν ποιήσας ἐν τῇ πόλει, ὥστε Ἰουστινιανὸν ἀποδεξάμενον ἐν D
 μὲν τῷ ἐνὶ μέρει τοῦ νομίσματος ἑαυτὸν ἐγχαράσαι, ἐν δὲ τῷ
 ἑτέρῳ Βελισάριον ἑνοπλον, καὶ ἐπιγράψαι "Βελισάριος ἡ δόξα
 τῶν Ῥωμαίων." ἀλλ' οἷα φθόνος ἐν μεγάλῃ εὐδαιμονίᾳ εἴωθε

Annis 6 et 7 Belisarius bellum in Africa gessit, quod Procopius
 Caesariensis octo libris conscripsit. subegit Carthaginem et alios mul-
 tos populos; Gilimerumque, cum is in montem Numidiae Pappuam con-
 fugisset, obsidione circumvenit, relictoque ad eam Phara, Cpolin rediit.
 Gilimer, cum in hibernis miserrime viveret, a Phara per literas petit
 ut sibi mittat panem spongiam et citharam. nam apud Maurusios neque
 vinum neque oleum neque frumentum colitur: hordeum tantum et olyras
 elixa instar pecorum edunt. Phara animi pendente, tabellarius ostendit
 Gilimerum cupere panem videre ac gustare, spongia autem ad abstel-
 lendas uti lacrimas, citharam requirere ad decantandas suas miserias.
 haec cum audivisset Pharas, gravi dolore motus ac humanae fortunae
 ludibria subsannans, omnia illa ei misit. rursus imperator Belisarium
 ducem mittit cupere panem ingenti et classe magna et auri vi ad debel-
 landum Vandalos et subigendam Africam. isque calliditate prudentia
 et fortitudine praeclaris usus, Africam subegit, Gilimerumque in potesta-
 tem suam redactum cum magnis opibus Cpolin abduxit. triumphavit in
 Circo, et consulatum gessit in urbe. adeo autem acceptus fuit Insti-
 niano, ut is percusso nummo in altera parte se, in altera parte Belisa-
 rium armatum effinxerit, cum inscriptione hac "Belisarius Romanorum
 decus." enimvero invidia, ut solet rebus prosperrime succedentibus in-

ποιῶν, ὥσθινε καὶ ἐς Βελισάριον. διαβληθεὶς γὰρ μετέστη τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς δόξης, καὶ Σολομῶν ἀντ' αὐτοῦ στρατηγὸς ἐπέμφθη, ὃς τὰ κτηθέντα Βελισαρίῳ φυλάξαι μὴ δοτηθεὶς τοῖς Οὐαυδήλοις πάντων παρεχώρησεν. ἐφέρετο δὲ τις λόγος ἐκ παλαιοῦ παρ' αὐτοῖς, ὅτι τὸ τρίτον διώξει τὸ πρότερον καὶ πάλιν τὸ δεύτερον διώξει τὸ τρίτον· Γιλέρχως γὰρ πρῶτος τὸν Βονιφάκιον ἐτρέψατο, ὕστερον δὲ πάλιν Βελισάριος Γιλίμερα. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ ἥλιος, ὥσπερ ἡ σελήνη, χωρὶς ἀκτῶν τῆν αἴγλην ἐστύγγυζεν ἅπαντα τὸν ἐνιαυτὸν, ἐπὶ πλείστον δὲ ἐκλείποντι ἐξῆκει. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ οὔτε πόλεμος οὔτε θάνατος ἐπιφερόμενος τοῖς 10 ἀνθρώποις ἐπέλειπε.

Τούτου τῷ β' ἔτει ἀνεκαίνισεν ἐκ θεμελίων Ἰουστινιανὸς τὴν τοῦ θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ὑπὲρ τὸ πρότερον, παραδοὺς καὶ τροπάριον αὐτῇ ὑπ' αὐτοῦ μελιθρῶν ψάλλεσθαι "ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ." ἐποίησε δὲ καὶ 15 τὸ ὠρολόγιον τοῦ μιλίου.

B Τῷ ἡ' ἔτει ὁ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς Ζαβαναρίζος πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ἦλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν συγγλητικῶν αὐτοῦ, αἰτούμενος σύμμαχος Ῥωμαίων καὶ φίλος γνήσιος γενέσθαι. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτο ἀποδεξάμενος 20 πολλὰ αὐτῷ τε καὶ τῇ συγγλητῷ αὐτοῦ ἐφιλοτιμήσατο. καὶ ἡ Ἀνθοῦστα δὲ τῇ γυναικὶ αὐτῶν κόσμια παντοῖα διὰ μαργαριτῶν ἔχαρισσατο, καὶ ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ εἰς τὴν ἰδίαν βασιλείαν.

sidiari, Belisarius quoque ita adorta est, ut is per calumniam delatus et magistratu et honore sit exutus. missus eius loco Solomon ea quae Belisarius paraverat tueri non valuit, sed omnia Vandalis concessit. apud eos antiquitus hoc ferebatur proverbium: tertius secundum, rursusque secundus tertium persequetur. primus enim Gizerichus Bonifacium fuderat, postea Belisarius Gilimerum. toto anno eo sol lunae instar sine radiis lucem tristem praebuit, plerumque defectam patienti similis. eodemque anno neque bella neque mors hominum intermisit.

Anno secundo Iustinianus ex fundamentis instauravit magnum dei templum, idque maius ac pulchrius priore effecit. carmen quoque a se compositum cantandum tradidit, "unigenitus filius et verbum dei" etc. fecit etiam horologium in miliario.

Octavo anno rex Iberorum Zabanarzus Cpolin ad Iustinianum venit cum uxore et consiliariis suis, petens se inter socios amicosque Romanorum genuinos referri. imperator eum receptum magnis donis affectit, nec non et consiliarios eius: sed et Augusta reginae omnis generis mundum muliebrem ex margaritis confectum donavit. atque ita pacifice domum sunt dimissi.

Τῷ ι' ἔτει Ἀγαπητὸς ὁ ἐπίσκοπος Ῥώμης σὺνδοξον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκρότησε κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Σεβήρου καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἀλικαρνασέως καὶ τῶν λοιπῶν θεοποιαστῶν· ἐν οἷς καὶ Ἀνθιμος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως δμόφρων αὐτῶν
 5 καθηρέθη, ἐπισκοπήσας μετὰ Ἐπιφάνιον μῆνας δέκα. χειροτο-
 νεῖται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Μηνᾶς πρεσβύτερος καὶ ξενοδόχος τῶν
 Σαμψῶν ὑπὸ Ἀγαπητοῦ πάπα Ῥώμης. τελευταῖα δὲ ὁ Ῥώμης ἐν
 Κωνσταντινουπόλει, καὶ χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ Σίλβεστρος,
 ζήσας χρόνον ἕνα.

10 Τῷ ια' ἔτει γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ
 ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως μετὰ τοῦ πατριάρχου
 καὶ τοῦ βασιλέως σὺν τῷ λαῷ. ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς καύσεως
 αὐτῆς μέχρι τῶν ἐγκαίνιων ἔτη ε' μῆνες ια' καὶ ἡμέραι ι' παρήλ-
 15 κθησαν· ἐν γὰρ τῷ ,ση' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, Ἰνδικτιώνος ιε', τῇ
 κγ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὥρα πρώτη τῆς ἡμέρας, τὴν τῆς
 μεγάλης ἐκκλησίας ἀνοικοδομὴν ἤρξατο ποιεῖν Ἰουστινιανός.

Τῷ ιβ' ἔτει ἐξῆλθον οἱ Βούλγαροι εἰς τὴν Μυσίαν καὶ ἠγά-
 20 νισαν τὰς χώρας, καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτῶν ἀπέκτειναν. ἀκού-
 σασ δὲ ὁ τοῦ Ἰλλυρικῆ βασιλεὺς Ἀκούμ ὁ Οὐννος ἐξῆλθε κατ'
 αὐτῶν, καὶ μιγείς τοῖς Ῥωμαίοις ἔκοψε τοὺς Βουλγάρους εἰς πλῆ-
 θος. εἶτα ὡς ἀπὸ νίκης ἀμεριμνήσαντας αὐτοὺς εὐρίσκοισιν
 ἄλλοι Βούλγαροι, καὶ σφάζουσι λαὸν πολύν, καὶ τὰς κεφαλὰς
 καὶ τὸν Ἀκούμ ἐκράτησαν, καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

Anno decimo Agapetus Romae episcopus Cpolin concilium convo-
 cavit contra impium Severum et Julianum Halicarnassensem aliosque
 Theopaschitas; inter quos etiam Anthimo episcopo Cpolitano, ut cum
 ipsis sententi, adempta dignitas est, cum eam post Epiphanium menses
 decem tenuisset. suffectus ei est Menas presbyter et hospitii peregrinor-
 um Samsonici praefectus a papa Romae Agapeto. eo papa Cpoli
 moriente subrogatur Silvester, qui vixit anuum unum.

Undecimo anno magnum templum dedicatum est; exivitque proces-
 sio a templo sanctae Anastasiae cum patriarcha imperatore et populo. a
 die quo conflagraverat, usque ad dedicationem, elapsi sunt anni 5, men-
 ses 11, dies 10. nam anno ab origine mundi 6008, indictione 15, 23
 die Februarii mensis, hora prima diei, instaurationem magni templi ag-
 gressus est Iustinianus.

Anno duodecimo Bulgari in Mysiam eruperunt, agroque vastato
 milites interfecerunt. hoc cum inaudivisset Acumus Hunnus Illyrici rex,
 contra eos cum copiis egressus Romanorum se exercitui coniunxit, ma-
 gnamque Bulgarorum stragem edidit. victorem inde securum alii Bul-
 gari adorti sunt magnaue caede affecerunt, capitibusque et ipso Acumo

τῷ δὲ ἀπὸ ἔτει παρελαβεν ὁ Χοσρόης Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην καὶ Ἀπάμειαν καὶ ἑτέρας πόλεις.

P 872

Τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει προσεφρόνῃ Ῥωμαίους Μοῦνδος ἐκ γένους τῶν Γηπέδων, υἱὸς Γιεσμοῦ, ῥήξ τοῦ Σιρμίου· καὶ πολλὰ αὐτὸν φιλοτιμησάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, παιήσας τε αὐτὸν στρατηλάτην τοῦ Ἰλλυρικοῦ, ἀπέλυσεν αὐτόν. καὶ ἐν τῷ πυραγενέσθαι αὐτὸν εἰς τὸ Ἰλλυρικὸν ἐξῆλθε κατ' αὐτοῦ πλῆθος Βουλγάρων. καὶ τούτους παντελῶς ἐκνικήσας τὴν κριτονα αἰχμαλωσίαν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀποστέλλει· οὗς ὁ βασιλεὺς εἰς Ἀρμενίαν καὶ εἰς Λαζικήν καὶ ἐν λοιποῖς ἔθνεσι κατέσπειρεν. ἔκτοτε βαθεῖα εἰρήνη ἐν τῇ Θράκῃ γέγονε, μηκέτι τολμώντων τῶν Οὐννων περᾶσαι τὸν Δίνουβιν.

B

Τῷ ἰδ' ἔτει Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τετάρτην ἀσβολὴν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐποίησατο. ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Καμαγηρῶν χώραν κατὰ Παλαιστίνης καὶ Ἱεροσολύμων διανοεῖτο χωρεῖν. Ἰουστινιανὸς δὲ τοῦτο μαθὼν Βελισάριον αὐδὺς ἐκ τῶν ἐσπερίων ἐηλυθότι κατ' αὐτοῦ ἔπεμψεν. ὁ δὲ ἔμποις δημοσίως ἐπιβὰς τάχει πολλῶ εἰς τὴν Εὐφρατησίαν ἀφίκετο. ἀκούσας δὲ τοὺς τῆς ἀνατολῆς φύλακας καὶ τοὺς στρατηγούς ἐν ταῖς πόλει καταφυγόντις εἶναι, καὶ αὐτὸν ἐπὶ παραφυλακῇ προσκαλουμένον Ἱεραπόλειως, λίαν τούτους ὁ Βελισάριος κατεμέμψατο, καὶ γράφει οὐ δίκαιον εἶναι μίαν πόλιν φυλάττειν καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀφί-
C
και ἐπὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν μετὰ ἀδικίας βαδίζειν καὶ τὰς τῆς βασιλείας πόλεις λυμῆνεσθαι. "εἶ γὰρ ἴστε ὅτι τὸ μετ' ἀρ-

potiū in suam reversi sunt dicionem. eodem anno Chosroes Antiocheam magnam, Apameam aliasque urbes cepit.

Anno 13 Romanis se coniunxit Mundus Gepida natione, filius Giesmi, regulus Sirmii. quem imperator humanissime cum filio eius tractatum Illyricoque praefectum dimisit. ei in Illyricum venientis multitudo Bulgarorum occurrit, quos ille devicit, melioremque captivorum partem Cpolin misit; qui ab imperatore per Armeniam Lasicam et alias regiones sunt dispersi. exinde alta pax in Thracia fuit, cum porro Hunni Danubium transire non auderent.

Anno 14 Chosroes Persarum rex quartam in Romanorum dicionem impressionem fecit; cumque in Comagenem pervenisset, Palaestinam et Hierosolymam petere statuit. Iustinianus eo cognito Belisarium ex Occidente tum reversum contra eum mittit. is publice dispositis equis usus magna celeritate ad Euphrati vicinam regionem pervenit. ibi cum intellexisset Orientis custodes atque praefectos in urbibus in quas confugerant se continere, et ab iis moneretur custodiendae Hieropoli operam daret, per literas eos acriter obiurgavit: non rectum esse uni urbi tuendae intentum pati ut hostes impune in Romanam dicionem grassentur urbesque imperii vastent. per virtutem interire praestabilis esse

τῆς ἀπολωλέναι τοῦ σεσωσθαι ἀμαχητὶ δυσκλεῶς ἔμεινον· οὐ γὰρ ἂν σωτηρία τυῦτο κληθεῖη, ἀλλὰ προδοσία δικαίως. ἦκετε οὖν τάχιστα εἰς Εὐρώπον τὸ χωρίον, οὗ δὴ συλλέξας τὸ στράτευμα ὄλον, ὡς ἂν ὁ Θεὸς Θέλῃ, ἐλπίδα ἔχω τοὺς πολεμίους ἐργάζεσθαι.” καὶ τούτου γενομένου ὁ Χοσρόης τὸ ἔξαφνης τῆς τοῦ Βελισαρίου παρουσίας ἀκούσας ἐξέστη, καὶ πρόσω μὲν ἐλαύνειν οὐκ ἔγνω, Ἀβυθαύζην δὲ τὸν γραμματεῖα, ἄνδρα συνετὸν, πρὸς Βελισάριον ἐπέμπε, τὸν τε στρατηγὸν κατασκευόμενον καὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ τῷ λόγῳ δῆθεν μειψόμενον ὅτι Ἰουστινιανὸς ὁ βυσιλιτὸς τοὺς πρέσβεις ἐν Περσίδι οὐκ ἐπέμπε τὴν εἰρήνην προτανεύσοντας. ὁ δὲ Βελισάριος μαθὼν τοὺς πρέσβεις ἤκεν, αὐτὸς μὲν ἑξακισχιλίους ἐπιλεξάμενος ἄνδρας εὐμήκεις τε καὶ τῷ σώματι καλοὺς ἄποθεν τοῦ στρατοπέδου κνηγήσων ἐξήκει, Διογένην δὲ τὸν δορυφόρον καὶ Ἀδούλιον ἄνδρα Ἀρμένιον τὸν ποταμὸν διαβῆναι οὖν ἰππεῦσι χιλιῶς ἐκέλευσεν ὡς ψηλαφήσοντας τὴν τοῦ ποταμοῦ διύβυσιν. Βελισάριος δὲ ἐπεὶ τὸν πρεσβευτὴν ἐγγὺς ἐρχόμενον ἔγνω, τὸν παυλεῖνα ἐπήξατο ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ, παραδελῶν ὅτι οὐδεμιᾷ παρασκευῇ ἐνταῦθα ἦκει· τοῖς τε στρατιώταις ἐπέταξε τῆς μὲν καλύβης ἐφ’ ἑκάτερα εἶναι, Θρακῆς τε καὶ Πλυριῶδς Γότθους τε καὶ Ἐλούρους, μεθ’ οὗς Οὐανδήλους τε καὶ Μαυροσίους, μὴ εἰς τὸ πεδίον ἐπὶ πλείστον ὡς διακονοῦντας ἵστασθαι οὐδ’ εἰς ἓνα τόπον, ἀλλὰ βαδίζειν εἰλισσομένους ὡς κνηγετοῦντας, καὶ παρέργως τῷ δοκεῖν τὸν Χοσρόου πρεσβευτὴν

4 καταργεῖσθαι?

quam turpiter absque pugnae periculo servari: non enim hoc recte salutem sed proditorem appellari merito posse. nulla ergo mora interposita ad Europam castellum ad se convenirent. ibi se exercitum totum collecturum, et deo confidere hostibus se incommodaturum. his ita factis, Chosroes subito Belisarii adventu audito territus est; ac ulterius procedendi consilio repudiato Abandazem scribam, hominem prudentem, ad Belisarium mittit, qui ducem et exercitum specularetur sub praetextu legationis expositulatum missae, ideo quod Iustinianus legatos pacis sancienda causa in Persidem non misisset. Belisarius cognito legatos adventare, sex milia virorum statura et forma corporis praestantium delegit, cumque his procul a castris veluti venatum processit. Diogenem porro stipitorem et Adulium Armenium cum mille equis amnem transire iussit; qui se vadum eius explorare simularent. Belisarius ut appropinquare legatum vidit, papilionem in solitudine fixit, significans nullo cum apparatu eo se venire; militibusque praecipit ut ab utraque tentorii parte essent Thraces et Illyrii, Gotthi et Heruli, Vandali et Maurusii, neque in campum protinus veluti ad ministeria descenderent, neque confertim, sed vagarentur hinc inde velut otiosi, atque venantium spe-

βλέπειν. διζωσμένοι τε ἐβάδιζον καὶ φασδοὶ τὰ πρόσωπα, κίλικαι τε καὶ μοναύλους βιασιάζοντες. ὁ δὲ Ἀβραδάλης εἰς ὕψι Βελισαρίου ἰδῶν λυπεῖσθαι τὸν Χοσρόην ἔφρασκεν, ὅτι δὴ κατὰ συνέθετο οὐκ ἔπιμψε Ἰουστινιανὸς πρέσβεις πρὸς εἰρήνην, καὶ ἠνάγκασε Χοσρόην κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσασθαι. Βελισάριος

B δὲ ἀντ' οὐδενὸς τούτους τοὺς λόγους ἐποιεῖτο, τὸν Χοσρόην λέγων αἰτίων εἶναι τοῦ πολέμου· εἰ γὰρ εἰρήνης ἐφίετο, οὐκ ἂν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἀφικόμενος ταύτην ἐζήτει, ἀλλ' εἰς τὴν ἰδίαν χώραν μένων τοὺς πρέσβεις ἐξεδέχετο. καὶ ταῦτα εἰπὼν τὸν πρεσβευτὴν ἀπεπέμψατο. ὁ δὲ πρὸς Χοσρόην ἀφικόμενος ἔφη στρατηγὸν¹⁰ ἐρωρακέναι Βελισάριον συνετὸν καὶ ἀνδρείον ὑπέσραγαν, στρατιώτας δὲ οἷους αὐτὸς ἄλλους οὐδ' ἄποτ' εἶδον, ὧν τὴν εὐκοσμίαν ἰδύμασα. καὶ συνεβούλευσε Χοσρόην μὴ συμπλέεσθαι εἰς μάχην μετ' αὐτοῦ, ὅπως μὴ ἠττηθέντος αὐτοῦ τὸ πᾶν διαπέσῃ τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας, ἐν γῇ Ῥωμαίων ὑπάρχοντος καὶ φηγῆς τόπον¹⁵

C μὴ ἔχοντος. καὶ τὸ νικῶν αὐτὸν οὐ μέγα· στρατηγὸν γὰρ Ῥωμαίων νικήσειεν. ὁ δὲ Χοσρόης τῇ τούτου παρακίσει πεισθὺς ἀναστρέφειν εὐθὺς ἐπὶ τὰ ἴδια διανοεῖτο· ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν διαβασιν τοῦ ποταμοῦ ποιήσασθαι ὡς τῶν Ῥωμαίων ταύτην κατεχόντων. καὶ πρὸς Βελισάριον πέμπει παρακαλῶν τοὺς τὸν ποταμὸν²⁰ διαβάοντας ἀναστεῖλαι, καὶ τούτῳ τὴν πάροδον ἀκολούτως παρέξειν. Βελισάριος δὲ πρὸς αὐτὸν εὐθὺς πρέσβεις ἐπιμψε, καὶ τοῦτον τῆς ἀναχωρήσεως ἐπήνεσε, καὶ πρέσβεις ἐκ τοῦ βασιλέως συντόμως ἤκειν διεβεβαιούτο, ὅπως τὴν εἰρήνην βραβεύουσα.

cum legato exhiberent. cincti incedebant, hilari vultu, gestabantque securas et calamos. Abandaxes ut in conspectum Belisarii venit, indignari Chosroem ostendit, quod Iustinianus neglecto pacto legatos de pace non misisset, ipsumque ita ad inferendum Romanis bellum adegisset. Belisarius contra nihili hanc orationem ducere, in Chosroem belli culpam conferre, qui si paci studuisset, domi potius suae legatos operiri quam in Romanorum dicionem irrumpendo eam quaerere debuerit atque hoc responso legatum dimisit. is ad Chosroem reversus refert visum sibi Belisarium, ducem prudentia ac fortitudine singulari. milites quoque mirabili decore vidisse et compositione. suasisque regi ne cum eo acie congredederetur, ne victus in Romanorum dicione, cum fugae locus non esset, regnum Persicum everteret, praesertim cum etiam victoria de duce Romano non sit valde gloriosa futura. huius monitu persuasus Chosroes statim ad sua redire cogitavit. metuebat autem transire fluvium, cuius vadum Romani tenebant. mittit ergo ad Belisarium, postulans ut eos qui annem transierant revocaret sibi que tutum discessum pararet. vicissim Belisarius missis legatis eius discessum collaudare, ac affirmare mox ab imperatore legatos adfore, qui pacem componant. quod

ἤξιον δὲ Χοσρόης Βελισάριον διὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων γῆς τὴν πάρο-
 δον ποιήσασθαι ἀκινδύνως· ὁ δὲ Ἰωάννην τὸν Ἐδεσηνόν, ἄνδρα D
 περιφανέστατον, ὄμηρον τῷ Χοσρόῃ ἀπέστειλε πρὸς τὸ ἀκινδύνως
 παρελθεῖν αὐτὸν τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Βελι-
 5 σάριον ἐν εὐφημιαῖς εἶχον μᾶλλον ἐνευδοκιμήσαντα ἐν τούτῳ τῷ
 ἔργῳ ἢ ὅτι Γίλιμερα δορυάλωτον καὶ Οὐιτιγγην τοὺς δύο βασιλεῖς
 εἰς τὸ Βυζάντιον ἤγαγεν. ἦν γὰρ ὡς ἀληθῶς λόγου τε καὶ ἐπιπ-
 του ἄξιον τὸ γενόμενον· πεφοβημένων γὰρ τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐν
 τοῖς ὀχυρώμασι κρυπτομένων πάντων, Χοσρόου δὲ σὺν στρατῷ
 10 μεγάλῳ ἐν μέσῳ γεγονότος τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἄνδρα ἕνα
 ἐν τῷ ὄξει δρόμῳ ἐκ Βυζαντίου ἤγοντα ἀπεναντίας τοῦ τῶν Περ-
 σῶν βασιλέως στρατοπεδεύσασθαι, Χοσρόην δὲ ἐκ τοῦ ἀπροσδο-
 κήτου τῇ τούτου σοφίᾳ ἐξαπατηθέντα ἄπρακτον εἰς τὰ οἰκεία
 ἔποχωρήσαι.

15 Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Τιμοθέου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τελευ- P 374
 τήσαντος, Σεβήρος ὁ δυσσεβῆς Ἀντιοχείας μοιχὸς καὶ Ἰουλιανὸς
 Ἀλικαρνασεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φηγόντες, περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρ-
 του διενεχθέντες, κατ' ἀλλήλων γεγονάσιν ὡς ἀληθείας ὄντες ἀλλό-
 τριοι. καὶ οἱ μὲν Θεοδόσιον οἱ δὲ Γαϊνῶν προβάλλονται εἰς ἐπίσκοπον
 20 Ἀλεξανδρείας. καὶ Γαϊνῶς μὲν ἐκράτησε τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτόν,
 ὁ δὲ Θεοδόσιος δύο. τούτους δὲ Ἰουστινιανὸς ἤγαγεν εἰς τὸ Βυ-
 ζάντιον, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἐχώρισε. Παῦλον δὲ τινα δοκοῦντα
 εἶναι ὀρθόδοξον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας προεβάλετο· ὃς τὴν μνή-
 μην Σεβήρου τοῦ ἀνιεροῦ ποιήσας ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς δι'.

autem Chosroes petebat ut sibi per Romanorum dicionem in suam tu-
 tum reditum praestaret, Belisarius obsidem eius rei gratia Ioannem
 Edessenum, virum illustrissimum, mittit. ob haec Romani laudes Beli-
 sarii valde praedicarunt, maiorem eo facto gloriam consecutum quam
 cum Gilimerum bello captum et Vittigem duos reges Cpolin perduxit.
 ac fuit revera memoratu et laude dignum illud facinus; quod cum et
 Romani universi metu capti in munitiones se abdidissent, et Chosroes
 in medio Romanae dicionis magno cum exercitu esset, unus vir celeri
 cursu Byzantio advectus opponere castra regi Persarum ausus est, sua-
 que sapientia effecit ut Chosroes re inopinata deceptus domum negotio
 infecto discederet.

Kodem anno cum Timotheus episcopus Alexandriae diem suum ob-
 iisset, Severus impius Antiocheae adulter et Iulianus Halicarnassensis,
 qui Alexandream profugerant, in disputatione de corruptibili et incorru-
 ptibili ad dissensionem, cum uterque a veritate esset alienus, prolapsi
 sunt. itaque alterius pars Gainam alterius Theodosium episcopum Ale-
 xandreae delegit. et episcopatum Gainas annum, Theodosius biennium
 tenuit. hos Iustinianus Byzantium evocatos separavit, et Paulum quen-
 dam, qui orthodoxus videbatur, praefecit ei episcopatum. qui cum men-

B ὄργην τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπελθὼν διέτριβεν εἰς Ἱεροσόλυμα. τοῦτω τῷ ἔτει σεισμὸς ἐγένετο μέγας ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἔπεσον ἐκκλησῆσαι καὶ οἴκοι καὶ τὸ τεῖχος μάλιστα τὸ κατὰ τὴν χρυσὴν πόρταν, καὶ ἡ λόγχη τοῦ ἀνδριάντος τοῦ φόρου, καὶ ἡ δεξιὰ χεὶρ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Ξηρολόφου. 5

Τῷ ι' ἔτει Ἀδάδ ὁ τῶν Ἀξουμιτῶν βασιλεὺς βουλόμενος πολεμῆσαι μετὰ Δαμιανοῦ τοῦ βασιλέως τῶν Ἑβραίων διὰ τὸ ἀποκτεῖναι τὸν Δαμιανὸν τοὺς Χριστιανούς πραγματευτάς, ἠΐσατο ὡς ἐὰν νικήσῃ τὸν Ὀμηρίτην, ἵνα γένωμαι Χριστιανός. καὶ τοῦ πολέμου κροτηθέντος τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργείᾳ ἐνίκησε τοὺς Ἑβραίους, 10

C καὶ ἔλαβε ζῶντα αἰχμάλωτον τὸν Δαμιανὸν τὸν βασιλέα αὐτῶν καὶ τὴν χώραν καὶ τὰ βασίλεια αὐτῶν. καὶ εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, πέμπει πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ὡς ἀποστείλῃ αὐτοῖς ἐπισκόπους καὶ κληρικούς. καὶ ἐπίστευσε πᾶσα ἡ χώρα καὶ βεβαπτισθῆ, καὶ ἐγένοντο Χριστιανοί. 15

Τῷ ιε' ἔτει, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ε', ἡμέρᾳ α', Ἰνδικίωνι ζ', γέγονε σεισμὸς μέγας εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπτάωθ' ἡμῶν τῆς Κυζίκου. ἐπληρώθη δὲ καὶ ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας ὁ Ἀγνουσίων, καὶ ἀνηρέχθη ἡ στήλη τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἔφιππος, κρατούσα τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλον σφαιροειδές ὡς τῆς γῆς ἀπάσης αὐτοῦ κυριεύσαντος, τὴν δεξιὰν δὲ ἀνατεταμένην ἔχουσα καὶ οἰονεὶ Πέρσαις διακελευομένην "στῆτε καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς μὴ **D** ἐπιβῆτε." ὁ δὲ περὶ αὐτὸν τὸν κίονα χαλκὸς ἄπας κέρως ἦν

tionem impii Severi fecisset, episcopatu est delectus ob iram imperatoris, ac Hierosolymis deinde vixit. eo anno Cpoli magnus fuit terrae motus, corrueantque eo templa et domus, maximeque murus ad auream portam, et lancea statuae in foro, ac dextra manus statuae in Xerolopho.

Anno 15 Adadus Axumitarum rex bellum illaturus Damiano Ebraeorum regi, quod is Christianos negotiatores interfecisset, vovit se Christianum fore, si Homeritas vicisset; et quidem commisso bello sic eos, auxiliante deo, vivumque regem eorum Damianum in potestatem redegit, potiusque est regno et regia. itaque deo gratias agens mittit ad Iustinianum, ab eoque episcopos et clericos sibi mitti petit. ita tota regio fidem Christianam amplexa est, baptizatique sunt et Christiani facti.

Anno 16 die Septembris 6, prima septimanae, septima indictione, magnus fuit per totum orbem terrae motus, ac corruit dimidium Cyzici. absoluta est etiam magna columna quae vocatur Augustio; eique imposita Iustiniani statua equestris, sinistra manu tenens pomum rotundum, quo indicatur orbis imperium penes ipsum esse: dextram autem intendebat, perinde ac si Persas iuberet subsistere et Romanorum dicionem non inire. iam aes omne quod circa columnam erat, tegulae erant au-

διάρχουσας, τὴν εἴσοδον τοῦ παλατίου Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως επικαλύπτων, ἧτις καὶ μέχρι τοῦ νῦν χαλκῆ προσαγορεύεται. οὗτος δὲ ἔστιν ὁ κίων ὁ λεγόμενος Ἀγνουστίων.

Τῷ ιζ' ἔτει ἀνεφάνη τις χαλκεὺς Ἄνδρέας ὀνόματι, ἔχων β μεθ' εἰσαυτοῦ κύναν ξανθὸν καὶ τυφλόν, ὃς ἐποίει τέρατα. παρεστῶτος γὰρ αὐτῷ ὄχλου, λάθρα τοῦ κυνὸς ἐκομίζετο τὰ τῶν ἐστῶτων δακτυλίδια, χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ καὶ σιδηρᾶ, καὶ ἐτίθη εἰς τούδαφος περισκέπων αὐτὰ χύματι, καὶ ἐπέτρεπε τὸν κύναν, καὶ ἐλάμβανε καὶ ἐδίδου ἐκάστῳ τὸ ἴδιον. ὁμοίως καὶ διαφόρων P 375

10 βασιλέων νομίσματα μινγνόμενα ἀπεδίδου κατ' ὄνομα. ἀλλὰ καὶ τῶν παρεστῶτων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀπεδείκνυε τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας καὶ πόρρους καὶ μοιχοὺς καὶ ἐλεήμονας καὶ κνιπούς· πάντας μετὰ ἀληθείας ἐδείκνυεν. ὃθεν ἔλεγον τὸν κύναν πνεῦμα Πύθωνος ἔχειν.

15 Τῷ ιη' ἔτει ἐναντίῃ τῇ θάλασσᾳ τῇ Θράκῃ ἐπὶ μίλια δ', καὶ ἐκάλυψε αὐτὴν ἐπὶ τὰ μέρη Ὀδησοῦ καὶ Διονυσιούπολιν καὶ τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ πολλοὶ ἐπνήγησαν ἐν τοῖς ὕδασι· καὶ πάλιν τῷ τοῦ θεοῦ προστώματι ἀποκατέστη ἡ θάλασσα εἰς τοὺς ἰδίους τόπους.

20 Τῷ ιθ' ἔτει γέγονε λιῆμις σίτου καὶ οἴνου, καὶ χειμῶν πολλὸς B

ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ διαστροφή τοῦ ἄγλου πάσχα, καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀπόκριον μηνὶ Φεβρουαρίῳ δ'. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα παραθεῖναι κρέας, καὶ πάντων τῶν κριωπῶλων προβαλόντων οὐδεὶς ἠγόρασεν οὐδὲ ἤσθιον. τὸ δὲ

ratae, introitum palatii Constantini magni integentes, qui etiamnum aereus dicitur. columna autem Augustio dicitur.

Anno 17 quidam aeris faber exstitit, Andreas nomine. is canem habebat fulvum ac caecum, qui prodigia edebat. adstante enim turba, faber clam cane adstantium annulos aureos argenteos ac ferreos accipiebat, inque solo deponebat, et ingesta materia tegebat: inde canis iussus uniuersilibet suum reddebat. sic etiam diversorum imperatorum nomismata permixta singulatim discernebat. quin etiam turba virorum et mulierum adstante, de ea gravidas, scortatores, adulteros, misericordes sordidosque sine falsitate demonstrabat. itaque dicebant eum Pythonis spiritu praeditum esse.

Anno 18 mare Thraciam eluvione operuit usque ad quattuor miliaria, tectis aqua Odesso Dionysiopoli et Aphrodisio. multique sunt aquis suffocati. inde dei iussu aqua in suum rediit locum.

Anno 19 vini et frumenti fuit penuria, et acris hiems Byzantii, ac sancti Paschatis perversio. coepitque populus abstinere carnibus, die Februarii 4. imperator autem iussit altera septimana carnes proponi; quae cum in omnibus prostarent macellis, nemo tamen emit aut gusta-

πίσχω γέγονε κατὰ τὸ βασιλικὸν πρόσταγμα, καὶ εὐρέθη ὁ λαὸς
 νησιεύσας ἑβδομάδα περισσῆν.

Τῷ κ' ἔτει παρελήφθη ἡ Ρώμη ὑπὸ τῶν Γότθων, ὁ δὲ πά-
 πας Βεγγίλιος ἀνήλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει,
 τῷ σαββάτῳ τῆς πεντηκοστῆς, ἱππικοῦ γενομένου γέγονε μάχη,
 C τῶν δύο μερῶν, καὶ ἀποστειλίας ὁ βασιλεὺς ἀνείλε πολλοὺς ἐξ
 αὐτῶν.

Τῷ κα' ἔτει γέγονασι σεισμοὶ φοβεροὶ καὶ βροχαὶ μεγάλαι.
 μηνὶ Ἰουλίῳ α' ἑκομηθῆ ἡ βασίλις Θεοδώρα εὐσεβῶς.

Τῷ κβ' ἔτει γέγονασι βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ ὑπὲρ φῶσιν,¹⁰
 ὥστε πολλοὺς καθεύδοντας ὑπὸ τῶν ἀστραπῶν βλαβῆσαι. τῷ
 Ἰουλίῳ μηνὶ γέγονε πάλιν συμβολὴ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν τοῦ δήμου
 μερῶν, καὶ ἐμπρησμός, ὃς ἠφάνισε τὰ ἐντοχόντια ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ
 τετραπύλου ἕως τῆς ἐκκλησίας, καὶ γέγενετο φόνος πολὺς. καὶ
 προκένου γενομένου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἀπώλειαν οἱ βεστιαρῆται τὸ
 στέμμα τοῦ βασιλέως. καὶ μετὰ μῆνας ἡ εὐρέθη, ὅπου καὶ ἐν
 μαργαριτάριον, καὶ ἡ λίθος αὐτοῦ πᾶσα.

D Τῷ κγ' ἔτει ἀχθέντος ἱππικοῦ πρεσβευτῆς Ἰνδῶν ἦλθεν ἐν
 Κωνσταντινουπόλει φέρων ἐλέφαντα, ὃς ἐξελθὼν νυκτὸς ἀπὸ τοῦ
 στάβλου πολλοὺς ἐφόνευσε καὶ ἄλλους ἐκύλλωσε. τῷ δὲ Ἀπρί-²⁰
 λῳ μηνὶ ἱππικοῦ γενομένου συμβολὴ τῶν δήμων πάλιν γέγενετο,
 καὶ πολλοὶ ἀπέθανον, καὶ οἴκοι καὶ ἐργαστήρια διηρηάγησαν. τῷ

vit. cumque iuxta edictum imperatoris celebraretur pascha, deproha-
 sum est populum una amplius quam debebat ieiunasse septimana.

Anno 20 Romam Gotthi ceperunt. Vigiliis autem papa Cpolia se
 contulit. eodem anno, sabbato pentecostae, equestri commisso certamine
 serio pugnatum est inter partes, et imperator suis missis multos eorum
 occidit.

Anno 21 concussiones exstiterunt terribiles et imbres magni. 11
 Inlii Theodora Augusta pie defuncta est.

Anno 22 tonitrua et fulgura supra modum naturalem fuerunt, adeo
 ut multi in somnis a fulguribus laesi sint. Inlio mense rursus duae po-
 puli partes conflixerunt, incendioque abolita sunt aedificia ab aereo te-
 trapulo usque ad templum, magnaque caedes facta. cumque proces-
 sus in Hebdomo fieret, vestiarum coronam imperatoris amiserunt. post
 menses 8 inventa ea est alicubi cum uno parvo unione et omnibus
 gemmis.

Anno 23, cum equestre certamen ageretur, legatus Indus Cpolin
 venit, adduxitque secum elephantum; qui noctu stabulo egressus multos
 occidit aliosque mutilavit. mense April commisso equestri certamine
 rursus cives inter se depugnaverunt, multique sunt caesi, domusque et

δὲ Ἰουδίῳ μηνί κη' γέγονε τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ἡ κατάθεσις τῶν ἁγίων λειψάνων Ἀνδρέου Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου τῶν ἀποστόλων.

Τῷ κδ' ἔτει ἐπέμφθη Ναρσῆς ὁ κουβικουλάριος εἰς Ῥώμην
 5 πολεμῆσαι τοῖς Γότθοις· μετὰ γὰρ τὸ κρατῆσαι αὐτὴν Βελισάριον, P 376
 πάλιν ἐπανέστησαν οἱ Γότθοι καὶ ἐκράτησαν αὐτήν. τῇ δὲ θ'
 τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἐγένετο σεισμὸς φοβερὸς ἐν πάσῃ τῇ Παλαι-
 στίνῃ καὶ Ἀραβίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ, καὶ
 ἔπαθον πόλεις πολλαί, καὶ ἀπέθανον ἀνθρώπων πλήθη πολλὰ.
 10 ἐν δὲ τῇ πόλει Βότρυος ἀπεσπίσθη ἐκ τοῦ παρακειμένου τῇ θα-
 λάσῃ ὄρους τοῦ λεγομένου Λιθοπροσώπου μέρος πολὺ, καὶ εἰσ-
 ῆχθη εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπετέλεσε λιμένα μέγαν, ὡς εἰσερχε-
 σθαι ἐν αὐτῷ πλοῖα πολλὰ παμμεγέθη· πρὸ γὰρ τούτου οὐκ εἶχε
 λιμένα. ἔφυγε δὲ ἡ θάλασσα εἰς τὸ πέλραγος μίλιον ἕν, καὶ πάλιν
 15 τῇ τοῦ Θεοῦ κειλεύσει ἀποκατέστη. τῷ Ἀγούστῳ μηνί ἦλθον B
 ἐπιπνικία ἀπὸ Ῥώμης τοῦ Ναρσῆ, ὡς ὅτι ἔσφαξαν οἱ Ῥωμαῖοι τὸν
 ῥῆγα Τύτιλαν καὶ ἔλαβον τὴν Ῥώμην.

Τῷ κέ' ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ γέγονεν ἡ ἄγλα καὶ
 οἰκουμένηκὴ ἐ' σύνοδος τῶν ρξέ' ἁγίων πατέρων ἐν Κωνσταντινου-
 20 πόλει, ἐπὶ Βιγίλιου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης, διὰ λιβέλλου
 τὴν ὀρθὴν πίστιν τηροῦντος· ἧς ἠγοῦντο Ἐδτύχιος Κωνσταντινου-
 πόλεως, Ἀπολινάριος Ἀλεξανδρείας καὶ Δόμνος Ἀντιοχείας, τοπο-
 τηρητῆς δὲ Ἐδτύχιος Ἱεροσολύμων, κατὰ Σεβήρου τοῦ ἀκεφάλου

tabernae direptae. 28 die Iunii dedicatum est templum apostolorum, reliquiaeque Andreae Lucae et Timothei apostolorum depositae.

Anno 24 missus est Narses cubicularius Romam ad debellandum Gothos. nam post receptam Romam a Belisario Gotthi denuo rebellant urbemque occupant. nona Iulii die terribilis motus terrae fuit per universam Palaestinam Arabiam Mesopotamiam Syriam et Phoeniciam, qui multis urbibus damna intulit permultosque mortales perdidit. in urbe quae Botryos (hoc est uvae) dicitur, magna pars montis qui mari adiacet, nomine Lithoprosopos, avulsa in mare decidit magnumque effecit portum, multis magnis navibus recipiendis idoneum, cum ante urbe ea portu caruisset. mare quoque in altum recessit ad mille passus, rursumque dei iussu refluxit. Augusto mense nuntius Roma de victoria Narsetis allatus est, nempe Romanos rege Totila occiso Romam recepisse.

Anno 25 Cpoli actum fuit sacrum quintum Oecumenicum concilium, 165 patribus collectis sub Vigilio sanctissimo Romae papa, qui libello veram fidem asseruit. praefuerunt Eutychius Cpolis, Apollinarius Alexandreae, Domnus Antiocheae episcopi, et vicarius Hierosolymitani. res acta contra impium Severum acephalum. abest hoc concilium a quarto

